VITTORIO EM. III

BIBLIOTECA NAZIONALE
FONDO DORIA
VII
2
VITTORIO EM. III
NAPOLI

Digitized by Google

T

Digitized by Google

TORQUATI TASSI

JERUSALEM LIBERATA

IN SERMONEM LATINUM TRANSLATA,
ATQUE EPICO CARMINE MODULATA.

A Rev. Regiae jurisdictionis Sacerdote.

D. MARIO PARENTE

CIVITATIS SURRENTI

TOMUS III.

NEAPOLI MDCCCXXIV.

EX TYPOGRAPHIA RAPHAELIS MANZI.

963692

Fondo Dova
VII 2 (3

Digitized by Google

Digitized by Google

CANTO

UNDECIMO

ARGOMENTO.

Prima con sacri prieghi a Dio s' inchina;
Indi assalta Sion l' oste Cristiana.
Parte lo scosso muro alta ruina:
Fa difesa Clorinda acerba, e strana,
E piaga il Duce pio, cui medicina
Reca l' Angel del Ciel', che tosto il sana.
Ried' egli al campo: poi combatte, e rompe:
Ma le vittorie sue notte interrompe.

1

Ma 'l Capitan de le Cristiane genti,
Volto avendo a l' assalto ogni pensiero;
Giva apprestando i bellici istrumenti:
Quando a lui venne il Solitario Piero;
E trattolo in disparte, in tali accenti
Gli parlò venerabile, e severo:
Tu movi, o Capitan, l' armi terrene;
Ma di là non cominci, onde conviene.

2

Sia dal cielo il principio: invoca avanti
Ne le preghiere pubbliche, e devote
La milizia degli Angioli, e de' Santi,
Che ne impetri vittoria ella, che puote.
Preceda il clero in sacre vesti, e canti
Con pietosa armonia supplici note:
E da voi, duci gloriosi, e magni,
Pietate il volgo apprenda, e v' accompagi.

LIBER

UNDECIMUS.

ARGUMENTUM.

Numina Magna Dei, nec non superumque Senatum
In sua vota vocat supplex exercitus omnis;
Inde quatit turres, excelsaque moenia bello,
Illaque desiliunt haud ferre valentia pulsus:
At summum jaculata Ducem Clorinda sagitta,
Completum, plenumque retardat ab hoste triumphum.
Angelus interea vulnus medicamine sanat;
Occiduas sed Phoebus equos jam mergit in undas.

1

Christiadum interea Ductor, cui molibus urbem
Oppugnare graves torquebant pectora curae,
Anxius apta operi belli instrumenta parabat.
Talia dum gereret Princeps, Petrus ecce repente
Accessit gressu gravis, et venerabilis ore,
Acceitumque procul monitis sic edocet illum:
Arma cies Tu jam mortalia, Maxime Ductor,
Unde tamen potius decet haud primordia sumis.

2

Ex alto in primis Tibi sint exordia rerum:
Aligerum, superumque choros, et magna Tonantis
Numina te decet ante aras in vota vocare;
Nec nobis aliunde licet sperare triumphum.
Praecedat Clerus supplex in vestibus albis,
Atque hymnos modulans votis, precibusque fatiget
Sidera; vosque duces clari ritus post terga sequentes
Virtutis tardas exempla docete catervas.

3

Così gli parla il rigido Romito:
E 'l buon Goffredo il saggio avviso approva,
Servo (risponde) di Gesù gradito,
Il tuo consiglio di seguir mi giova.
Or, mentre i duci a venir meco invito,
Tu i pastori de' popoli ritrova
Guglielmo, ed Ademaro; e vostra sia
La cura de la pompa sácra, e pia.

4

Nel seguente mattino il Vecchio accoglie,
Co' duo gran Sacerdoti altri minori:
Ov' entro al vallo tra sacrate soglie
Soleansi celebrar divini onori.
Quivi gli altri vestir' candide spoglie:
Vestir' dorato ammanto i duo Pastori,
Che bipartito sovra i bianchi lini
S' affibbia al petto, e incoronaro i crini.

5

Va Piero solo innanzi, e spiega al vento
Il segno riverito in Paradiso:
E segue il coro a passo grave, e lento,
In duo lunghissimi ordini diviso.
Alternando facean doppio concento
In supplichevol canto, e in umil viso.
E chiudendo le schiere ivano a paro
I Principi Guglielmo, ed Ademaro.

6

Venia poscia il Buglion, pur come è l' uso
Di Capitan, senza compagno a lato.
Seguiano a coppia i Duci, e non confuso
Seguiva il campo a lor difesa armato.
Sì procedendo se n' uscia del chiuso
De le trinciere il popolo adunato:
Nè s' udian trombe, o suoni altri feroci,
Ma di pietade, e d' umiltà sol voci.

3

Talibus affatur monitis pius assecla Christi
Insignem pietate Ducem, qui parcere dictis
Non dedignatur, docilis sed mente benigna,
Vir dilecte polo, dixit, tua jussa libenter
Sacra sequar: Nostrum proceresque, ducesque vocare
Sitque tuum pariter (fas) compellare ministros
Altaris: Maneat vos sacros cura ministros
Solemnesque, piasque simul componere pompas.

4

Crastina cum primum lux coelo fulsit Eoo,
Convenere simul vates cum Vatibus altis
In castris, ubi divini celebrantur honores.
Alba super vestes alii velamina cingunt;
At geminis Pastoribus it demissa per imos
Picta pedes chlamys ex auro, quam fibula nectit
Ad pectus bifidam, et sub tegmine carbasa celat;
Infula sacra queis redimibat tempora gemmis.

5

Praecedit Petrus solus, panditque per auras
Vexillum Crucis augustae venerabile coelis;
Inde chorus vatum bini longo ordine passim
Pone sequuntur eum incessu lentoque, gravique:
Carmina submissi modulantes voce modesta
Pulsabant circum alternis concentibus auras;
Postremi subeunt gradientes passibus aequis
Pontifices, sacrosque choros, atque agmina claudunt.

6

Subsequitur Dux, ut mos est ducis, incomitatus,
Pontificumque legit juxta vestigia gressu;
Pone duces bini, proceresque sequuntur euntes.
Agmina per gyrum inde subibant ordine certo.
Exit in apertos abiens ex aggere campos
Sic bene dispositus supplex exercitus omnis.
Æra silent penitus, penitus sonitusque tubarum,
Æthera sed tantummodo verba precantia frangunt.

7

Te Genitór, te Figlio eguale al Padre,
E te, che d' ambo uniti amando spiri,
E te d' Uomo, e di Dio Vergine Madre,
Invocano propizia a lor desiri.
O Duci, e voi, che le fulgenti squadre
Del ciel movete in triplicati giri,
O Divo, e te, che de la diva fronte
La monda umanità lavasti al fonte.

8

Chiamano e te, che sei pietra, e sostegno
De la magion di Dio fondata, e forte:
Ove il novo successor tuo degno
Di grazia e di perdon apre le porte.
E gli altri messi del celeste regno
Che divulgar' la vincitrice morte.
E quei, che 'l vero a confermar seguiro
Testimonj di sangue, e di martiro.

9

Quegli ancor, la cui penna, o la favella
Insegnata ha del ciel la via smarrita:
E la cara di Cristo, e fida ancella,
Ch' elesse il ben de la più nobil vita:
E le vergini chiuse in casta cella,
Che Dio con alte nozze a se marita:
E quell' altre magnanime a i tormenti,
Sprezzatrici de' regi, e de le genti.

10

Così cantando il popolo devoto
Con larghi giri si dispiega, e stende,
E drizza a l' Oliveto il lento moto;
Monte, che da l' olive il nome prende:
Monte per sacra fama al mondo noto,
Ch' oriental contra le mura ascende:
E sol da quelle il parte, e ne 'l discosta
La cupa Giosafà, che in mezzo è posta.

7

Te Patrem ingenitum, Te progeniemque coaevam,
Teque Patris, Sobolisque aeterni Flamen amoris,
Teque hominisque Deique Parens sine semine, Virgo
In sua vota vocant, et vos fulgentia Coeli
Agmina, quae stellas triplices torquetis in orbes;
Teque vocant pariter Regis praecursor olympi,
Flumine qui sacro puram Jordanis ad undas
Tinxisti frontem immaculati Numinis olim.

8

Teque vocant pariter, qui Petra, columnaque fortis
Es regnique, domusque alti omnipotentis olympi,
Dignus ubi modo laude tuus successor, et haeres
Clave poli portas aperit, veniamque remittit;
Coelestisque vocant regni qui munus adorti
Victricem Christi mortem evulgare per orbem;
Vosque vocant oculis pariter qui visa fatentes
Sanguine firmastis fidei sacra dogmata Christi.

9

Quique viam coeli amissam docuere, magistros
Et scriptis, et verbis sacro afflamine ductos;
Asseclamque vocant Christi quae percita amore
Optima fata suis delegit sedula votis;
Suppliciterque rogant pariter quas foedere casto
Progenies Patris intactas sibi junxit amore;
Et quae virginitatis opes, feritate tyranni
Spreta, martyrii illustris decorare corona.

10

Carmina sic modulans devoto gutture turma
Oblongos se se explicat, atque evolvit in orbes;
Lentaque Olivcti ad montem vestigia torsit;
Mons qui paciferis desumit nomen olivis;
Mons qui per famam est celebrem laudatus in orbe,
Et Sion ex oriente adversam detinet urbem;
Josaphat ima jacet vallis montem inter et urbem,
Quae stans in medio montem sejungit ab illa.

11

Colà s' invia l' esercito canoro,
E ne suonan le valli ime, e profonde,
E gli alti colli, e le spelonche loro,
E da ben mille parti Eco risponde:
E quasi par, che boscareccio coro
Fra quegli antri si celi, e in quelle fronde;
Sì chiaramente replicar s' udia
Or di Cristo il gran nome, or di Maria.

12

D' insù le mura ad ammirar fra tanto
Cheti si stanno e attoniti i Pagani
Que' tardi avvolgimenti, e l' umil canto,
E l' insolite pompe, e i riti estrani.
Poichè cessò de lo spettacol santo
La novitate, i miseri profani
Alzar' le strida, e di bestemmie, e d' onte
Muggì il torrente, e la gran valle, e 'l monte.

13

Ma da la casta melodia soave
La gente di Gesù però non tace:
Nè si volge a que' gridi, o cura n' have
Più, che di stormo avria d' augei loquace.
Nè perchè strali avventino, ella pave,
Che giungano a turbar la santa pace
Di sì lontano: onde a suo fin ben puote
Condur le sacre incominciate note.

14

Poscia in cima del colle ornan l' altare,
Che di gran cena al Sacerdote è mensa:
E d' ambo i lati luminosa appare
Sublime lampa in lucid' oro accensa.
Quivi altre spoglie, e pur dorate, e care
Prende Guglielmo, e pria tacito pensa:
Indi la voce in chiaro suon dispiega,
Se stesso accusa, e Dio ringrazia, e prega.

11

Illuc tendit iter modulans exercitus omnis,
Consonat omne specus, vocemque inclusa volutant
Litora, pulsati colles, vallesque profundae,
Et vox ascensu procul ingeminata remugit,
Sylvestresque choros habitare per antra putares,
Perque cavas rupes, per concava saxa, per arva,
Qui passim magnum referunt ad Sidera nomen
Vocibus alternis Jesu, nomenque Mariae.

12

Interea attoniti Thraces e moenibus altis
Perlustrant oculis pompas, ritusque sacrorum,
Quosque volutabat gyros exercitus omnis,
Dum tendit palmas, et Coeli numina poscit,
Ausi nec prorsus ritus turbare verendos.
At postquam stupor evanuit novitate repulsa,
Clamores simul horrendos ad Sidera tollunt,
Et circum maledictis intonuere recessus.

13

Haud ideo melos, haud hymnos, et carmina linquit
Gens devota Deo cantu alternante vicissim,
Nec cervices clamores deflectit ad illos,
Non secus ac anatum faceret clamante caterva;
Spicula nec validis quamvis intorta lacertis
Tam procul hinc emissa valent turbare quietem;
Hinc placide possunt sacras absolvere pompas,
Et tandem precibus coeptis imponere finem.

14

Th re calet fumanti jam ara in vertice collis,
Sacra minister ubi sumit libamina mensae
Coelestis: sublimis utraque ex parte micabat
Ex auro rutilans lampas succensa per ignes.
Antistes Gulielmus ibi ostro, auroque rigentes
Arte laboratos alios desumit amictus.
Inde silens orat; dehinc errata fatetur,
Tumque Deo gratesque refert; et Numina poscit.

15

Umili intorno ascoltano i primieri;
Le viste i più lontani almen v' han fisse.
Ma poichè celebrò gli alti misteri
Del puro Sacrifizio : Itene , ei disse :
E in fronte alzando a i popoli guerrieri
La man Sacerdotal , gli benedisse.
Allor sen ritornar' le squadre pie.
Per le dianzi da lor calcate vie.

16

Giunti nel vallo , e l' ordine disciolto ,
Si rivolge Goffredo a sua magione:
E l' accompagna stuol calcato e folto
Insino al limitar del padiglione.
Quivi gli altri accomiata indietro volto :
Ma ritien seco i duci il pio Buglione :
E gli raccoglie a mensa ; e vuol , ch' a fronte
Di Tolosa gli sieda il vecchio Conte.

17

Poi che de' cibi il natural amore
Fu in lor ripresso , e l' importuna sete ,
Disse a i Duci il gran Duce. Al novo albore
Tutti a l' assalto voi pronti sarete.
Quel fia giorno di guerra , e di sudore ,
Questo sia d' apparecchio , e di quiete.
Dunque ciascun vada al riposo , e poi
Se medesimo prepari , e i guerrier' suoi.

18

Tolser' essi congedo : e manifesto
Quinci gli araldi a suon di trombe fero ,
Ch' essere a l' arme apparecchiato , e presto
Dee con la nova luce ogni guerriero.
Così in parte al ristoro , e in parte questo
Giorno si diede a l' opre , ed al pensiero.
Sin che fe' nova tregua a la fatica
La cheta notte , del riposo amica.

15

Circum astant orantes munera sacra libanti,
Qui prope, qui procul ante aras, et lumina figunt.
At postquam altaris mysteria sacra Sacerdos
Rite peregit ovans, ait, Ite in pace, manumque
Extollens augustam belligeris benedixit,
Vaticinansque illis ex alto fausta precatur.
Tunc acies repetita legunt vestigia retro,
Confectisque sacris subeunt tentoria lacti.

16

Ordine disjecto ut vallum tetigere cohortes,
Ad Sedes Rector proprias vestigia torsit.
Lecta manus juvenumque, senumque ad limina sedis
Primorumque Ducem Summum comitatur euntem.
Ast ubi perventum turmis de more solutis,
Ipse sibi primosque duces, proceresque reservat;
Et jubet ad mensam cunctos accumbere secum;
Tortosae voluit Comes e regione sederet.

17

Postquam exempta fames epulis, ardorque bibendi
Compressus, viresque refectae, maximus inquit
Convivis Dux: ut primum consurgit in ortu
Lucifer, omnes vos urbem oppugnare paratos
Inveniat jam, sit vobis lux illa laborum.
Ista quietis erit, quae fas celeresque parate;
Ergo agite, et placidam membris det cura quietem;
Solis od ortum sub signis stent agmina aperto.

18

Dixit, et obtenta venia excessere repente
Praestantes virtute viri, sonituque tubarum
Quae peragenda forent Phoebo radiante sub ortum
Conclamatum. Jam fremit omnis murmure campus;
Quaeque, opus ad lucem venientem lecta juventus
Apparat: et nullo juvat indulgere labori.
Interea tacita accessit nox pacis amica,
Solamenque tulit curis, nimioque labori,

19

Ancor dubbia l' aurora, ed immaturo
Ne l' Oriente il parto era del giorno;
Nè i terreni fendea l' aratro duro,
Nè fea il pastore a i prati anco ritorno:
Stava tra i rami ogni augellin securo.
E in selva non s' udia latrato, o corno:
Quando a cantar la mattutina tromba
Comincia a l' arme; a l' arme il ciel rimbomba.

20

A l' arme, a l' arme subito ripiglia
Il grido universal di cento schiere.
Sorge il forte Goffredo, e già non piglia
La gran corazza usata, o lo schiniere:
Ne veste un' altra, ed un pedon somiglia
In arme speditissime, e leggiere:
Ed indosso avea già l' agevol pondo,
Quando gli sovraggiunge il buon Raimondo.

21

Questi, veggendo armato in cotal modo
Il Capitano, il suo pensier comprese.
Cv' è, (gli disse) il grave usbergo, e sodo?
Ov' è, Signor, l' altro ferrato arnese?
Perchè sei parte inerme? io già non lodo,
Che vada con sì debili difese.
Or da tai segni in te ben argomento,
Che sei di gloria ad umil meta intento.

22

Deh che ricerchi tu? privata palma
Di salitor di mura? altri le saglia;
Ed esponga men degna, ed util' alma
(Rischio debito a lui) ne la battaglia.
Tu riprendi, Signor, l' usata salma;
E di te stesso a nostro pro ti caglia.
L' anima tua, mente del campo, e vita,
Cautamente, per Dio, sia custodita.

19

Nondum aurora polo penitus dimoverat umbras,
Gignere nec prolem Titani quibat acerbam;
Sed nec adhuc madidas glebas vertebat aratrum,
Pinguia nec relegebat adhuc sua pascua pastor;
Tuta quiescebat densis sub frondibus ales,
Perque silebat adhuc sylvas cornu, atque latratus,
Cum subito procul intonuere tubae arma cientes,
Arma repercusso sonitu retulere recessus.

20

Arma viri clamant iterum, arma iterumque cohortes;
It clamor coelo; coelum sonat omne tumultu.
Membra levat stratis bello fortissimus heros;
Non ocreas jam, non suetum thoraca capessit,
Sed similis pediti levioribus instruit armis
Membra, nec aggravat ullo aeris munimine corpus.
Utque superveniens humeros Raimundus amictu
Invenit indutum tali, jamque ire paratum.

21

Consilia agnovit tacita quae mente gerebat;
Talibus hinc dictis voce interpellat amicum:
Maxime Ductor, ubi grave, et impenetrabile thorax?
Coetera abena ubi sunt munimina corporis? Ecquid
Ductor inermis erit tanto discrimine belli?
Talibus instructum armis haud assentiar unquam
Æratas te ferre acies in praelia Martis.
Non ignoro equidem quae sit sententia menti.

22

Quid struis? An palmam muros superasse priorem
Quaeris, et infidae vitam committere sorti?
Moenia conscendant, quorum discrimen habetur
Non nimium grave, quique tenentur munere belli;
Te decet incolumes servare diesque, caputque,
Unde licet nobis tantum sperare salutem;
Ergo sueta tibi, o Dux, protinus arma resume,
Et superi nobis faciles tua fata reservent.

23

Qui tace; ed ei risponde: Or ti sia noto,
Che quando in Chiaramonte il grande Urbano
Questa spada mi cinse, e me devoto
Fe' cavalier l' onnipotente mano;
Tacitamente a Dio promisi in voto
Non pur l' opera qui di capitano;
Ma d' impiegarvi ancor, quando che fosse:
Qual privato guerrier, l' arme, e le posse.

24

Dunque poscia che sian contra i nemici
Tutte le genti mie mosse, e disposte,
E ch' appieno adempito avrò gli uffici,
Che son dovuti al principe de l' oste;
Ben è ragion (nè tu, credo, il disdici)
Ch' a le mura pugnando anch' io mi accoste,
E la fede promessa al cielo osservi,
Egli mi custodisca, e mi conservi.

25

Così concluse: e i cavalier' Francesi
Seguir' l' esempio, e i duo minor' Buglioni.
Gli altri Principi ancor men gravi arnesi
Parte vestiro, e si mostrar' pedoni.
Ma i Pagani fra tanto erano ascesi
Là, dove a i sette gelidi Trioni
Si volge, e piega a l' Occidente il muro,
Che nel più facil sito è men securo.

26

Però ch' altronde la Città non teme
De l' assalto nemico offesa alcuna.
Quivi non pur l' empio Tiranno insieme
Il forte volgo, e gli assoldati aduna;
Ma chiama ancora a le fatiche estreme
Fanciulli, e vecchi l' ultima fortuna:
E van questi portando a i più gagliardi
Calce, e zolfo, e bitume, e sassi, e dardi.

23

Haec contra Gotfredus ait : Sub pectore serva ,
Me vovisse Deo , cum Claramonte verendus
Successor Petri Urbanus mihi jaspide lumbos
Ense revinxit, meque Equitis decoravit honore
Christi , militis , ac Ducis aeque munere obire ,
Fas ubi , nec dedignari quoscumque labores ,
Si modo fata darent percellere moenia Sion ,
Et veneranda Crucis vexilla in monte locare.

24

At postquam fuerint acies in praelia missae ,
Et validas aries , balistaque concutit arces ,
Completaeque Ducis fuerint mihi protinus omnes
Partes , quis probibet propius succedere muris ,
Et promissa Deo claris persolvere factis ?
Tu Raimunde quidem , cum sis pietate senecta ,
Non poteris nostram coeptis avertere mentem.
Defensum teneat caput alti Rector Olympi.

25

Sic ait , et quosquos insignit splendor equestris
Sanguine de Franco , nec non geminique minores
Gotfredi fratres , et caetera turba priorum
Regis ad exemplar , cuncti leviora tulere
Arma sibi , et pedites se se ostendêre vicissim.
Interea Thraces murorum jam alta tenebant
Illic , murus ubi ex aquilone retorquet ad oras
Occiduas orbem , et majora pericla timebat.

26

Nil etenim hostiles pulsus aliunde pavescit
Urbs munita loco , et validis circumdata muris ;
Ergo illic glomerare studet Rex impius omnem ,
Delectam pubem , cui fortia pectora bello ;
Sed molles pueros etiam , tardamque senectam
Ad duros extrema vocat fortuna labores.
Arma ministrabant isti melioribus annis ,
Et sulphur , lapidesque , ignes , et tela ferebant.

27

E di macchine d' arme han pieno avante
Tutto quel muro, a cui soggiace il piano.
E quinci in forma d' orrido gigante
Da la cintola in su sorge il Soldano;
Quindi tra' merli il minaccioso Argante
Torreggia, e discoperto è di lontano;
E in su la Torre altissima angolare
Sovra tutti Clorinda eccelsa appare.

28

A costei la faretra, e 'l grave incarco
De l' acute quadrella al tergo pende,
Ella già ne le mani ha preso l' arco,
E già lo stral v' ha su la corda, e 'l tende.
E disiosa di ferire, al varco.
La bella arciera i suoi nemici attende.
Tal già credean la vergine di Delo
Tra l' alte nubi saettar dal cielo.

29

Scorre più sotto il Re canuto a piede
Da l' una a l' altra porta, e 'n su le mura
Ciò, che prima ordinò, cauto rivede,
E i difensor' conforta, e rassicura.
E qui gente rinforza; e là provvede
Di maggior copia d' armi, e 'l tutto cura.
Ma se ne van l' afflitte madri al tempio
A ripregar nume bugiardo, ed empio.

30

Deh spezza tu del predator Francese
L' asta, Signor, con la man giusta, e forte;
E lui, che tanto il gran nome offese,
Abbatti, e spargi sotto l' alte porte.
Così dicean; nè fur le voci intese
Là giù tra 'l pianto de l' eterna morte
Or, mentre la Città s' appresta, e prega,
Le genti, e l' arme il pio Buglion dispiega.

27

Jamque onerata armis, et molibus illa manebat
Murorum late ingens pars, cui succubat aequor;
Extollit toto Sultanus vertice frontem
Ut de more gigantaeam, et superemineat omnes;
Stat ferus, et minitans altis de moenibus Argas,
Et se se longe aspiciendum ostendit in armis:
Ardet apex capiti, et toto de corpore fulget
Ante omnes armis excelsa de arce Clorinda.

28

Cui sonat ex humeris arcus, crepitansque pharetra
Missilibus gravis, et multis onerata sagittis.
Jamque manu tulit arcum, et noxia spicula nervo
Imposuit; jamque illum intorquet viribus acris;
Impatiensque morae arcitenens quem vulneret hostem
Expectat subeuntem, et circum lumina torquet.
Talis erat forsan Delos pulcherrima Virgo,
Cum Niobe natos septem est jaculata per axem.

29

Inferius senio tardus Rex limina lustrat,
Perque vias urbis non abnegat ire pedester.
Moenia conscendit; rursum instaurata revisat,
Militibusque additque animos, pellitque timorem;
Viribus hic addit vires: nunc providus arma
Illic, est ubi majus opus, majora ministrat.
Templa petunt matres tristes, crinemque solutae,
Ut mos est, Numenque vocant in vota nefandum.

30

Frange, potens Numen, Franchis praedonibus hastam,
Frange superborum caput e coeli arce, precamur;
Quique tuum diro macularunt crimine nomen
Sterne solo dextra, portisque effunde sub altis.
Talibus orabant dictis, nec verba precantum
Æternae mortis sunt exaudita sub umbris.
Interea Gotfredus (dum munimina belli
Apparat urbs, oratque) educit in arma cohortes.

31

Tragge egli fuor l' esercito pedone
Con molta provvidenza, e con bell' arte:
E contra il muro, ch' assalir dispone,
Obbliquamente in duo lati il comparte.
Le baliste per dritto in mezzo pone,
E gli altri ordigni orribili di Marte:
Onde in guisa di fulmini si lancia
Ver le merlate cime or sasso, or lancia.

32

E mette in guardia i cavalier' de' fanti
Da tergo, e manda intorno i corridori.
Dà il segno poi de la battaglia, e tanti
I sagittarj sono, e i frombatori,
E l' arme de le macchine volanti,
Che scemano fra i merli i difensori.
Altri v' è morto, e'l loco altri abbandona:
Già men folta del muro è la corona.

33

La gente Franca impetuosa, e ratta
Allor quanto più puote affretta i passi:
E parte scudo a scudo insieme adatta,
E di quegli un coperchio al capo fassi;
E parte sotto macchine s' appiatta,
Che fan riparo al grandinar de sassi.
Ed arrivando al fosso, il cupo, e 'l vano
Cercano empirne, ed adeguarlo al piano.

34

Non era il fosso di palustre limo
(Che no 'l consente il loco) o d' acqua molle:
Onde l' empiano, ancor che largo, ed imo,
Le pietre, i fasci, e gli alberi, e le zolle.
L' audacissimo Adrasto intanto il primo
Scopre la testa, ed una scala estolle:
E no 'l ritien dura gragnuola, o pioggia
Di fervidi bitumi, e su vi poggia.

31

Ante alios abeunt pedites, atque ordine certo
Effundunt se se vallo, et per aperta locorum
In geminas alas curvi gradiuntur ad urbis
Murum oppugnandum. Balistae, et caetera Martis
Instrumenta necis mediae volvuntur ad instar
Fulminis excelsas turres quatientis ab imo,
Et tormenta ferunt lapides jaculantia in arces
Eminus, et rapidas ferro stridente sagittas.

32

Pone sequuntur equi pedites post terga tuentes,
Atque alios jussit circum volitare per alas:
Sic bene dispositis rebus simul aere canoro
Signa dedere tubae, coelumque fragore remugit.
Spicula mille volant; volvuntur saxa per auras;
Custodes icti sublimi adimuntur in arce;
Pars tranfossa perit, pars alta, tuenda relinquit
Moenia; jamque caterva virum minor illa coronat.

33

Tum praeceps, celerisque gradus gens Gallica cogit,
Et clypeos clypeis addens testudine facta
Tegmen habet capiti, ne saxa ruentia muris
Detrimenta ferant; alii sub molibus altis
Contecti subeunt arces, et moenia tangunt;
Sed foveas implere decet, vallumque profundum,
Unde queant validos balistae scindere muros.
Hic labor, hic opus; at nil insuperabile forti.

34

Non lutulenta palus, non undae stagna jacentis
Ima tenent valli, regio sed gignit arenas;
Arboribusque igitur, glebis, saxisque profundum
Implerunt vallum Galli, et quaecumque labores
Ardua vicere, Ante alios Adrastus ab umbris
Egrediens scalas audax extollit in altum:
Grandine saxorum, calidique bitumminis imbre
Nil prorsus conterritus, acer in aethera scandit.

35

Vedeasi in alto il fero Elvezio asceso
Mezzo l' aereo calle aver fornito,
Segno a mille saette, e non offeso
D' alcuna sì, che fermi il corso ardito?
Quando un sasso rotondo, e di gran peso,
Veloce, come di bombarda uscito,
Ne l' elmo il coglie, e 'l risospinge a basso:
E 'l colpo vien dal lanciator Circasso.

36

Non è mortal. ma grave il colpo, e 'l salto
Sì, ch' ei stordisce, e giace immobil pondo.
Argante allora in fuon feroce, ed alto;
Caduto è il primo, or chi verrà secondo;
Che non uscite a manifesto assalto,
Appiattati guerrier' s' io non m' ascondo?
Non gioveranvi le caverne estrane:
Ma vi morrete, come belve in tane.

37

Così dic' egli; e per suo dir non cessa
La gente occulta, e tra i ripari cavi,
E sotto gli alti scudi unita; e spessa
Le saette sostiene, e i pesi gravi.
Già l' ariete a la muraglia appressa
Macchine grandi, e smisurate travi,
Ch' han testa di monton ferrata, e dura.
Temon le porte il cozzo, e l' alte mura.

38

Gran mole intanto è di là su rivolta
Per cento mani al gran bisogno pronte,
Che sovra la testuggine più folta
Ruina, e par che vi trabocchi un monte:
E de gli scudi l' union disciolta,
Più d' un elmo vi frange, e d' una fronte:
E ne riman la terra sparsa, e rossa
D' arme, di sangue, di cervella, e d' ossa.

35

Jamque viam mediam lapides, tela, inter et ignes
Ætheriam conscenderat, et vix vulnere tactus
Summa petebat adhuc muri fastigia, vires
Suppeditante furore; ingens cum pondere vasto
Excelso prolapsa ruit de culmine moles
Glandis ad instar; Illa caput cum casside tundit,
Praecipitemque trahit coeli per inane deorsum.
Dextera Circassi contorsit vulnus acerbam.

36

Non equidem lethale fuit, sed pergrave vulnus,
Et saltus; jacet hinc revolutus arena
Semianimis vir. Tunc ferus Argas voce superba;
Desiliit jam primus ait: quis forte secundus
Esse studebit? Cur in apertum exire timetis
E latebris, cum Argas vos coram Marte lacessit?
Non equidem pavidos penetralia cocca juvabunt,
Non secus ac pecudum ossa manebunt tecta sub antris.

37

Abdita gens tamen Argantis jactantia verba
Nil curat, sed sub clypeorum tegmine tuta,
Juncta simul, densataque pondus sustinet ingens
Saxorum de culmine, telorumque sonantum:
Fervet opus, crescitque labor; parietibus haeret
Trabs horrenda, arietis cui ferrea cuspide cervix;
Fulminat illa ubi, labuntur de cardine Portae,
Moenia pulsa ruunt alta labefacta ruina.

38

Interea moles immensa paratur ab alto
Conjicienda virum validos per mille lacertos:
Nec mora; volvuntur crepitantia saxa per auras,
Quae delapsa super clypeos jam tegmina scindunt;
Ac veluti mons divulsus radicibus imis
Arma virum, galeasque simul sub pondere frangunt.
Terra cruore rubet, permixtaque pulvere sordent
Ossa virum, cerebrumque simul, galeaeque comantes.

39

L' assalitor allor sotto al coperto
De le macchine sue più non ripara;
Ma da i ciechi perigli al rischio aperto
Fuori se n' esce, e sua virtù dichiara.
Altri appoggia le scale, e va per l' erto,
Altri percote i fondamenti a gara.
Ne crolla il muro, e ruinoso i fianchi
Già fessi mostra a l' impeto de' Franchi.

40

E ben cadeva a le percosse orrende,
Che doppia in lui l' espugnator montone:
Ma fin da' merli il popolo il difende
Con usata di guerra arte, e ragione,
Ch' ovunque la gran trave in lui si stende,
Cala fasci di lana, e gli frappone.
Prende in se le percosse, e fa più lente
La materia arrendevole, e cedente.

41

Mentre con tal valor s' erano strette
L' audaci schiere a la tenzon murale,
Curvò Clorinda sette volte, e sette
Rallentò l' arco, e n' avventò lo strale,
E quante in giù se ne volar' saette,
Tante s' insanguinaro il ferro, e l' ale,
Non di sangue plebeo, ma del più degno,
Che sprezza quel altera ignobil segno.

42

Il primo cavalier, ch' ella piagasse,
Fu l' erede minor del Rege Inglese.
Da' suoi ripari appena il capo ei trasse,
Che la mortal percossa in lui discese;
E che la destra man non gli trapasse,
Il guanto de l' acciar nulla contese:
Sicchè inabile a l' arme ei si ritira
Fremendo, e meno di dolor, che d' ira.

39

Tum clypeorum non datur invadentibus ultra
Tegmine sub denso propriam defendere vitam;
Ex latebris ergo fas est in aperta pericla
Objectare caput, nullumque timere periclum.
Scandit inaccessas scalarum munere turres
Hic animis audens; muri quatit ille vicissim
Fundamenta; labant emotae e vertice turres,
Et labefactas compages jam moenia monstrant.

40

Et cecidissent, balista geminante sub imo
Verbera crebra suis aeratis cornibus, arces,
Martia ni gens defendisset desuper illas
Artibus in bello notis, et legibus aequis;
Namque, ubicumque aries cornu pulsabat aheno
Munimenta, statim sternebat pondera lanae,
Blandaque materies, mollisque in se accipit ictus,
Atque trabi vires adimit, demitque ruinam.

41

Dum tanta virtute, animisque ardentibus arces
Pulsabant acies nulla formidine captae;
Per septem Clorinda vices jam viribus arcum
Intorsit, totidemque emisit spicula nervo;
Quotque volare sagittae excelsa ex arce per auras,
Tot ferrum sibi, tot foedarunt sanguine pennas;
Nec sanguis plebejus erat, sed dignior omni;
Dextra superba scopum non dignum quippe recusat.

42

Ante alios natu minor ex Rethore Britanno
Praesensit telum prior arcitenentis ab arce.
Vix caput e latebris praestans puer extulit alto;
Cum nervo atra sagitta volans demissa per auras
Confixit puero lethali vulnere dextram,
Illa licet defensa foret per tegmen ahenum;
Impos ad arma igitur de pugna exire coactus
Infremit indignans ira, simul atque dolore.

43

Il buon Conte d' Ambousa in ripa al fosso,
E su la scala poi Clotareo il Franco:
Quegli morì trafitto il petto, e 'l dosso
Questi da l' un passato a l'altro fianco.
Sospingeva il monton, quando è percosso
Al Signor de' fiamminghi il braccio manco:
Sì che tra via s' allenta, e vuol poi trarne
Lo strale, e resta il ferro entro la carne.

44

A l' incauto Ademar, ch' era da lunge
La fiera pugna a riguardar rivolto,
La fatal canna arriva, e in fronte il punge.
Stende ei la destra al loco, ove fu colto,
Quando nova saetta ecco sorgiunge
Sovra la mano, e la configge al volto.
Ond' egli cade, e fa del sangue sacro
Su l' arme femminil ampio lavacro.

45

Ma non lungi da' merli a Palamede,
Mentre ardito disprezza ogni periglio,
E su per gli erti gradi indrizza il piede,
Cala il settimo ferro ad destro ciglio:
E trapassando per la cava sede,
E tra i nervi de l' occhio, esce vermiglio
Diretro per la nuca. Egli trabocca;
E more a piè de l' assalita rocca.

46

Tal saetta costei. Goffredo intanto
Con novo assalto i difensori opprime.
Avea condotto ad una porta a canto
De le macchine sue la più sublime.
Questa è torre di legno, e s' erge tanto,
Che può del muro pareggiar le cime:
Torre, che grave d' uomini, ed armata
Mobile è su le rote, e vien tirata.

43

Altera deinde volans transfodit pectus in armos
Ambaciae comiti extremas juxta aggeris oras.
Inde ruit praeceps Clotarcus de gente Parisa
Per costas adigens telum, dum moenia scandit.
Dum summis ariete excutiebat viribus arces
Belgicus heros, laeva manus labefacta sagitta
Illico laxatur, telumque efferre volenti,
Missile perfracta fixum haeret arundine ferrum.

44

Non procul hinc Adamar spectabat praelia Martis,
Illi necdum nota satis discrimina belli:
Ecce volat, frontique haeret lethalis arundo:
Sacra manus fronti accurrit, manus ipsa repente
Traijcitur veniente super mox ecce sagitta,
Dextraque per telum cerebro ipsa affixa remansit.
Volvitur in caput, et sacrati sanguinis imbre
Feminea moriens emissa manu abluit arma.

45

Denique converso in Palamedem dirigit arcu
Spicula septena, et summi jam culmina muri
Tangentem, mortisque nec ulla pericla timentem
Praecipitem pellit transfosso lumine dextro,
Perque cavas oculi sedes, nervosque latentes
Missile percurrens ferrum vertice ad oras
Retro cruentum exit. Lapsus de vertice scalae
Volvitur ille, animamque efflat sub moenibus altis.

46

Dum sic arcitenens primos jaculatur ab arce,
Apparat aggressam nova jam Gothfredus in urbem
Instrumenta, quibus portae labantur ab imo
Cardine. Postibus hinc jam maxima turris inhaeret.
Illa caput tollit, murorum et culmina adaequat;
Haec onerata viris, armisque tuentibus arces
Bella, necesque effert, agilis vehiturque per arva,
Namque innixa rotis facile dilabitus axe,

*

47

Viene avventando la volubil mole
Lancie, e quadrella, e quanto può s' accosta:
E come nave in guerra a nave suole,
Tenta d' unirsi a la muraglia opposta.
Ma chi lei guarda, ed impedir ciò vuole,
L' urta la fronte, e l' una, e l' altra costa:
La respinge con l' aste, e le percuote
Or con le pietre i merli, ed or le rote.

48

Tanti di qua, tanti di là fur mossi
E sassi, e dardi, ch' oscuronne il cielo.
S' urtar' duo nembi in aria, e là tornossi
Talor respinto, onde partiva il telo.
Come di fronde sono i rami scossi
Dalla pioggia indurata in freddo gelo,
E ne caggiono i pomi anco immaturi:
Così cadeano i Saracin' da i muri.

49

Però che scende in lor più grave il danno,
Che di ferro assai meno eran guerniti.
Parte de' vivi ancora in fuga vanno,
Della gran mole al fulminar smarriti.
Ma quel, che già fu di Nicea Tiranno,
Vi resta, e fa restarvi i pochi arditi.
E 'l fero Argante a contrapporsi corre
Presa un trave a la nemica torre.

50

E da se la respinge, e tien lontana,
Quanto l' abete, è lungo, e 'l braccio forte;
Vi scende ancor la Vergine sovrana,
E de' perigli altrui si fa consorte.
I Franchi intanto a la pendente lana
Le funi recideano, e le ritorte
Con lunghe falci, onde cadendo a terra
Lasciava il muro disarmato in guerra.

47

Undique torquebat moles tela, atque sagittas,
Et veniens subvecta rotis jam moenibus haeret;
Utque solet puppi in certamine pinea moles,
Concurrit sic arcibus altis lignea turris.
Parte alia Syrii cursum retinere volentes
Immensae molis mortem, exitiumque ferentis
Nunc saxa objectare rotis, nunc frangere costas
Obnixi tentant, murisque avertere pestem.

48

Totque volant hinc, atque hinc saxa, ac tela per auras,
Ut tenebras densari obducto sole putares:
Armorum gemini sonuerunt aethere nimbi;
Saepe repercussum rediit telum, unde recessit;
Utque cadunt frondes lapidosae grandinis imbre
Devulsae ramis, pariterque ex arbore poma
Immatura licet multum crepitante procella,
Sic Syria de gente ruunt e moenibus altis.

49

Nam Syrii majora per hostes damna reportant,
Quippe carent inopes armis munimine ferri:
Diffugiunt alii trepida formidine capti
Immensas mole ingenti jaculante sagittas.
Sed Solimanus adhuc animo imperterritus haeret,
Et secum retinet, quibus est in pectore virtus;
Accurritque malis urbi impendentibus Argas,
Et manibus prensa trabe turrim avertere tentat.

50

Tamque procul molem de moenibus ipse repellit,
Quantum abies extra validis tam agitata lacertis
Prominet: Accurrit quoque praepes Regia Virgo;
Et comitem se se Circassi casibus addit.
Interea Galli longis retinacula lanae
Falcibus abscindunt, ruptisque rudentibus illae
Ad terram lapsae labuntur pondere vasto,
Nudaque moenia dimittunt pulsanda per hostes.

51

Così la torre sopra, e più di sotto
L' impetuoso il batte aspro ariete:
Onde comincia omai forato, e rotto.
A discoprir l' interne vie secrete.
Essi non lunge il Capitan condotto
Al conquassato, e tremulo parete,
Nel suo scudo maggior tutto rinchiuso,
Che rade volte ha di portar in uso.

52

E quinci cauto rimirando spia,
E scender vede Solimano a basso;
E porsi a la difesa, ove s' aspria
Tra le ruine il periglioso passo;
E rimaner de la sublime via
Clorinda in guardia, e 'l cavalier Circasso.
Così guardava, e già sentiasi il core
Tutto avvampar di generoso ardore.

53

Onde rivolto dice al buon Sigiero,
Che gli portava un altro scudo, e l' arco:
Ora mi porgi, o fedel mio scudiero,
Cotesto men assai gravoso incarco;
Che tenterò di trapassar primiero
Sui dirupati sassi il dubbio varco.
E tempo è ben, ch' alcuna nobil' opra
De la nostra virtute omai si scopra.

54

Così, mutato scudo, appena disse:
Quando a lui venne una saetta a volo,
E ne la gamba il colse, e la trafisse
Nel più nervoso, ov' è più acuto il duolo:
Che di tua man, Clorinda, il colpo uscisse,
La fama il canta, e tuo l' onor n' è solo.
Se questo dì servaggio, e morte schiva
La tua gente Pagana, a te s' ascriva.

51

Sic per balistas pulsata a culmine ad imum
Ostendunt jam disruptis compagibus arctis
Undique defessum latus, atque labare videntur
Maenia; jamque patent latebrae, atque inaperta loco
Non procul a laceris muris accesserat heros (rum
Gallicus; aere cavo clypeo sed tectus ubique.
Sumpserat ingentem clypeum, gestamen acerbum
Uti non suetum, nisi resque, locusque petebat.

52

Dumque aditum lustrat, patulosque explorat hiatus;
Ecce videt Solimanum agilem descendere ab arce;
Sumpserat ille sibi stationem, aditumque tuendum,
Qui scissos inter, fractosque patebat ad urbem
Muros; liquerat Arganti, validaeque Clorindae
Excelsas turres, arces, culmenque tuendum;
Talia dum lustrat, flagrabant pectora flammis,
Vixque potest animi tantos cohibere furores.

53

Tum Sigero alium clypeumque, arcumque ferenti
Atque sibi astanti Ductor, fide armiger, inquit:
Eja age: da scutum levius, levioraque tela:
Tempus agendi; forte manet lux ultima victos.
Ante alios aditum dubium penetrare studebo
Saxa per abrupta, atque arces invadere primus:
Hoc virtutis opus; semper petit ardua virtus.
Tempus adest famam claris extendere factis.

54

Vix ea fatus erat, clypeumque ex aere sinistrae
Aptarat, per inane volans cum venit arundo.
Illa Duci summo trajecit cuspide suram,
Nervi ubi densantur, dolor ossaque comprimit ima.
Fama fuisse tua emissam, Clorinda, sagittam
Buccinat e dextra: Tibi tanti gloria facti:
Si tua gens Asiae mortem, vilesque catenas
Evadit modo, tantarum tibi gloria rerum.

55

Ma il fortissimo Eroe, quasi non senta
Il mortifero duol de la ferita,
Dal cominciato corso il piè non lenta,
E monta su i dirupi, e gli altri invita.
Pur s'avvede egli poi, che no 'l sostenta
La gamba, offesa troppo, ed impedita;
E ch' inaspra agitando ivi l' ambascia:
Onde sforzato al fin l' assalto lascia.

56

E chiamando il buon Guelfo a se con mano,
A lui parlava: Io me ne vo costretto.
Sostien persona tu di Capitano,
E di mia lontananza empi il difetto:
Ma picciol' ora io vi starò lontano.
Vado, e ritorno: e si partia ciò detto;
Ed ascendendo in un leggier cavallo
Giunger non può, che non sia visto, al vallo.

57

Al dipartir del Capitan si parte,
E cede il campo la fortuna Franca.
Cresce il vigor ne la contraria parte;
Sorge la speme, e gli animi rinfranca:
E l' ardimento col favor di Marte
Ne' cor' fedeli, e l' impeto già manca
Già corre lento ogni lor ferro al sangue;
E de le trombe istesse il suono langue.

58

E già tra' merli a comparir non tarda
Lo stuol fugace, che 'l timor caccionne:
E mirando la vergine gagliarda,
Vero amor de la patria arma le donne.
Correr le vedi, e collocarsi in guarda
Con chiome sparse, e con succinte gonne,
E lanciar dardi, e non mostrar paura
D' esporre il petto per l' amate mura.

55

At fortissimus heros, atque perinde dolorem
Vulneris atroecm, dirumque haud sentiat ullum,
Impavidus vestigia nil detorquet ab orsis,
Saxaque conscendit praerupta, vocatque sodales.
Infremit interea dolor, abdueitque vigorem,
Saucius et pes jam non longius ire sinebat;
Cogitur idcirco ad sedes remeare propinquas,
Et muros, urbemque Sion tum linquere adortam.

56

Per nutus ergo Guelphum compellat amicum,
Et demissa voce inquit: Discedere cogor
Invitus: Tu Rectoris partesque, vicesque
Impleto, me absente procul, veniamque repente:
Sic ait, et rapidum effusis conscendit habenis
Quadrupedem, sperans ignotum evadere pugna;
Cura, laborque tamen studio vanescit inani,
Namque illum turba e vallo conspexit euntem.

57

Illo abeunte abiit castris fortuna, triumphus:
Omnis vis animi Gallis, et strenua virtus
Debilitata ruit; confestim transit ad hostes,
Fractaque surgit spes animis, pellitque timorem;
Quique tenus Gallos accenderat impetus ardens
Marte favente suis rebus, nunc friget inanis;
Jam non saevit amor ferri, non sanguinis ardor,
Languor habet dextras, languet sonitusque tubarum.

58

Jamque caterva fugax, quam terror abegerat ante
Accurrens iterum muros, turresque coronat.
Ipsa Clorinda videns effraenum in corde juventae
Ardorem tantum matres in praelia cogit:
Accurrunt cinctaeque sinus, sparsaeque capillos,
Exercentque vices, et ferrea spicula mittunt;
Impavidae pugnant omni terrore carentes,
Proque suis laribus caput haud offerre recusant.

59

E quel, ch' ai Franchi più spavento porge,
E 'l toglie a i difensor de la Cittade,
E' che 'l possente Guelfo (e se n' accorge
Questo popolo, e quel) percosso cade.
Tra mille il trova sua fortuna, e scorge
D' un sasso il corso per lontane strade:
E da sembiante colpo al tempo stesso
Colto è Raimondo, onde giù cade anch' esso.

60

Ed aspramente allora anco fu punto
Nè la proda del fosso Eustazio ardito.
Nè in questo a i Franchi fortunoso punto
Contra lor da' nemici è colpo uscito.
(Che n' uscir molti) onde non sia disgiunto
Corpo da l' alma, o non sia almen ferito.
E in tal prosperità via più feroce.
Divenendo il Circasso alza la voce.

61

Non è questa Antiochia, e non è questa
La notte amica a le cristiane frodi.
Vedete il chiaro Sol, la gente desta,
Altra forma di guerra, ed altri modi.
Dunque favilla in voi nulla più resta
De l' amor de la preda, de le lodi?
Che sì tosto cessate, e sete stanche
Per breve assalto, o Franchi no, ma Franche?

62

Così ragiona, e in guisa tal s' accende
Ne le sue furie il Cavaliero audace;
Che quell' ampia Città, ch' egli difende,
Non gli par campo del suo ardir capace:
E si lancia a gran salti, ove si fende
Il muro, e la fessura adito face,
Ed ingombra l' uscita: e grida intanto
A Soliman, che si vedeva accanto.

59

Viribus effractae penitus mansere cohortes,
Sed contra Syrii excussere ex corde timorem,
Cum cecidit Guelphus cunctis cernentibus acer,
Nescio quo fato, percussus fragmine montis.
Undique saxa volant, ceu densae grandinis imber,
Nec clypei, galeaeque valent vitare procellam.
Vix lapide exciderat Guelphus prostratus arena,
Cum ruit elapsus casu Raimundus eodem.

60

Vulnere stridentis jaculi confossus acerbo
Ad valli est praeceps animis Eustatius oras.
Nulla quidem in Francos nervo fuit acta sagitta,
Nullam acri impulsu contorsit machina rupem,
Quae vel non demiserit atro corpora letho,
Lethiferos saltem vel non inflixerit ictus.
Prospiciens Argas res quod fortuna secundet,
Altius intumuit, vocesque has pectore fudit.

61

Non haec Antiochi urbs: non haec nox fraudibus apta,
Nec turres Sion alta proditione parantur:
Clara dies hic, hic vigili custode teguntur
Moenia, diversisque modis hic bella geruntur;
Non erit haec tellus canibus data praeda Latinis.
Ergo ardor praedae, laudisque extinctus inhaesit?
Ergo tamcito Gallorum generosa recessit
Virtus? Gallinas potius vos esse fatendum.

62

Talia jactabat furiis agitatus acerbis
Circassus petulans, tantaque in pectore flammae
Succrescunt, ut dedignetur moenibus angi,
Nec satis esse sibi putet urbem; saltibus ergo,
Murus ubi in partes se vasto scindit hiatu,
In campos aditumque facit, levis advolat ille.
Occupat ipse aditum jam immani corpore totum,
Et Solimani animos acuit clamoribus istis.

63

Solimano, ecco il loco, ed ecco l'ora;
Che del nostro valor giudice sia.
Che cessi? o di che temi? or costà fuora.
Cerchi il pregio sovran chi più 'l desia.
Così gli disse: e l'uno, e l'altro allora
Precipitosamente a prova uscia:
L'un da furor, l'altro da onor rapito,
E stimolato dal feroce invito.

64

Giunsero inaspettati, ed improvvisi
Sovra i nemici, e in paragon mostrarsi:
E da lor tanti furo uomini uccisi,
E scudi, ed elmi dissipati, e sparsi,
E scale tronche, ed arieti incisi,
Che di lor parve, quasi un monte farsi:
E mescolati a le ruine alzaro
In vece del caduto altro riparo.

65

La gente, che pur dianzi ardì salire
Al pregio eccelso di mural corona;
Non ch' or d' entrar ne la Cittade aspire,
Ma sembra a le difese anco mal buona:
E cede al novo assalto, e in preda a l'ire
De' duo guerrier' le macchine abbandona:
Ch' ad altra guerra omai saran mal' atte;
Tanto è 'l furor, che le percote, e batte.

66

L'uno e l'altro Pagan, come il trasporta
L'impeto suo, già più e più trascorre:
Già 'l foco chiede a i Cittadini, e porta
Duo pini fiammeggianti in ver la Torre.
Cotali uscir de la tartarea porta
Sogliono, e sottosopra il mondo porre
Le ministre di Pluto empie sorelle,
Lor ceraste scotendo, e lor facelle.

63

En Solymane locum; En tempus, quod fata dedere;
Ut nostri virtus excelsa feratur ad astra.
Quid struis? Eja age, rumpe moras, depelle timorem.
Hic extra muros fas perdita sceptra resumas.
Sic ait, et densos praeceps irrumpit in hostes
Tum stipatus uterque suis, et praelia miscent:
Saevit inops animi primus, coecoque furore
Fertur ad arma; alterque vocatus fertur honore.

64

Hostibus haud expectati insiluere repente,
Exardentque suas animis depromere vires;
Totque per illos prosternuntur corpora passim,
Totque virum galeae, tot scuta effusa per agros,
Tot scalae effractae simul, arietesque secati,
Ut montem exortum esse, ubi vallis opaca, putares.
Sic per congeriem rerum novus agger aperto
Oppositus vallo est; hinc irremeabilis exit.

65

Quaeque modo admotis conscendere moenia scalis
Ausa juventa, vias coelique assurgere in altas,
Nunc effracta solo superas nec scandere sedes
Audet, nec propriam vitam satis esse videtur
Apta tueri. Diffugiunt, iraeque duorum
Moles, et belli reliqua instrumenta relinquunt.
Ista fuere adeo fortes elisa per illos,
Amplius ad bellum ut non sint valitura gerendum.

66

Interea in cunctas, quo ardens fert impetus illos,
Discurrit partes praeceps Paganus uterque.
Jamque furens poscit flammas ex urbe voraces,
Ardentesque ferens taedas comburere turrim
Intentat. Tales geminae de valle sorores
Tartarea, scelerum ultrices, Ditisque ministrae
Saepe exire solent, terrasque evertere flammis,
Torquentes manibus taedas, cervice cerastes.

67

Ma l' invitto Tancredi il quale altrove
Confortava a l' assalto i suoi latini,
Tosto che vide l' incredibil' prove,
E la gemina fiamma, e i duo gran pini:
Tronca in mezzo le voci, e presto move
A frenar il furor de' Saracini.
E tal del suo valor dà segno orrendo,
Che chi vinse, e fugò, fugge or perdendo.

68

Così de la battaglia or qui lo stato
Col variar de la fortuna è volto.
E in questo mezzo il Capitan piagato
Ne la gran tenda sua già s' è raccolto
Co 'l buon Sigier, con Baldovino a lato,
Di mesti amici in gran concorso, e folto.
Ei, che s' affretta, e di tirar s' affanna
De la piaga lo stral, rompe la canna:

69

E la via più vicina, e più spedita
A la cura di lui vuol, che si prenda.
Scoprasi ogni latebra a la ferita,
E largamente si risechi, e fenda.
Rimandatemi in guerra, onde fornita
Non sia col dì, prima ch' à lei mi renda.
Così dice, e premendo il lungo cerro
D' una gran lancia, offre la gamba al ferro.

70

E già l' antico Erotimo, che nacque
In riva al Pò, s' adopera in sua salute:
Il qual de l' erbe, e de le nobil' acque
Ben conosceva ogni uso, ogni virtute:
Caro a le Muse ancor: ma si compiacque
Ne la gloria minor de l' arti mute:
Sol curò torre a morte i corpi frali,
E potea far i nomi anco immortali.

67

At Tangredus agens diversa in parte latinos
Urbis ad aggressum procul ut videt agmina fusa,
Ardentesque faces, pinus geminosque ferentes
Molibus exitium, et rutilas ex igne favillas,
Deserit incoeptum, atque immani concitus ira
Irruit in hostes, iraeque effudit habenas;
Virtutemque suam tum sic ostendit in armis
Ut dare terga fugae vix possint, qui ante fugarant.

68

Fortuna variante vices bellique vicissim
Mutantur res. Interea Dux vulnere laesus
Jam se castrorum in sedes exceperat altas.
Per campos haerent lateri, et comitantur euntem
Praestans Baldovinus, Sigeriusque fidelis,
Tristis amicorum turba at glomerata coronat.
Viribus adnixis celerat divellere telum,
Sed fixum perfracta mansit arudine ferrum.

69

Hinc dextram, auxilioque viam, quae proxima, poscit;
Infixum ut latebris telum vellatur ab imis;
Ense secent lato vulnus, telique latebram
Rescindant penitus jubet, atque in bella remittant.
Praecipitate moras, dixit, me reddite pugnae,
Sol prius occiduas quam se se mergat in undas.
Sio ait, atque fremens ingentem nixus in hastam
Porrigit impatiens ferro crus vulnere laesum.

70

Jamque adhibet curas doctus depellere morbos
Editus arva Padi ad florentia Erotinus amnis
Jam senior, dulci quondam cui captus amore
Ipse suas artes, sua munera, laetus Apollo
Augurium, cytharamque dabat, celeresque sagittas;
Ille potestates herbarum, usumque medendi
Maluit exercere, et tollere corpora letho,
Quam quescumque viros exollere ad astra camoenis.

71

Stassi appoggiato, e con secura faccia
Freme immobile al pianto il Capitano.
Quegli in gonna succinto, e da le braccia
Ripiegato il vestir leggiero, e piano,
Or con l' erbe potenti in van procaccia
Trarne lo strale, or con la dotta mano:
E con la destra il tenta, e col tenace
Ferro il va riprendendo, e nulla face.

72

L' arti sue non seconda, ed al disegno
Par che nulla via fortuna arrida:
E nel piagato Eroe giunge a tal segno
L' aspro martir, che n' è quasi omicida.
Or qui l' Angel custode al duol indegno
Mosso di lui, colse dittamo in Ida:
Erba crinita di purpureo fiore,
C' have in giovani foglie alto valore.

73

E ben mastra Natura a le montane
Capre n' insegna la virtù celata,
Qualor vengon percosse, e lor rimane
Non alium Regis, quam illum decet esse ministrum.

14

Ille potest unus nemoris succidere plantas,
Quas sibi defensas tenet artibus orcus iniquis:
Ille novas vires, animosque adjunget ademptis
Per varios casus, per tot discrimina turmis,
Ille dabit finem coeptis, quae dempta caterva
Jam jam dissolvenda nequit complere per oras,
Ille Sion altas evellet funditus arces,
Eoasque sua gentes virtute domabit.

15

Tacque; e 'l Buglion rispose: Oh quanto grato
Fora a me, che tornasse il cavaliero!
Voi, che vedete ogni pensier celato,
Sapete s'amo lui, se dico il vero.
Ma dì, con quai proposte, od in qual lato
Si deve a lui mandarne il Messaggiero?
Vuoi ch' io preghi, o comandi? E come quest
Atto sarà legittimo ed onesto?

16

Allor ripigliò l' altro, il rege eterno
Che te di tante somme grazie onora,
Vuol che da quegli, onde ti diè il governo,
Tu sia onorato, e riverito ancora,
Però non chieder tu (nè senza scherno
Forse del sommo imperio il chieder fora)
Ma richiesto concedi, ed al perdono
Scendi degli altrui preghi al primo suono.

17

Guelfo ti pregherà (Dio sì l' inspira)
Ch' assolva il fier Garzon di quell' errore,
In cui trascorse per soverchio d'ira;
Sì che al Campo egli torni, ed al suo onore,
E benché or lunge il giovine delira,
E vaneggia ne l' ozio, e ne l' amore;
Non dubitar però, che 'n pochi giorni
Opportuno al grand' uopo ei non ritorni.

18

Che 'l vostro Piero, a cui lo ciel comparte
L' alta notizia de' secreti sui,
Saprà drizzare i messsaggieri in parte,
Ove certe novelle avran di lui,
E sarà lor dimostro il modo, e l' arte
Di liberarlo, e di condurlo a vui.
Così al fin tutti i tuoi compagni erranti
Ridurrà il ciel sotto i suoi segni santi.

15

Talia Gothfredus: scis quam foret utile nobis,
Ad sedes ut fortis eques remearet amicas,
O tu, qui bene noscis nostri abscondita cordis,
Scis num vera loquar? num sim devinctus amore
Illi? Ast ante doce quas sim misurus in oras,
Seu qua lege virum certum, qui jussa facessat?
Anne preces mihi sint, seu jussa adhibenda doceto,
Ne proprium decus, aut lex detrimenta reportet.

16

Rursus ad haec Ugo, Saeclorum, et temporis auctor,
Rexque poli summi, qui te dignatus honore est,
Ipse jubet summo quoque te venerentur honore,
Quos dedit alta tibi mens sub ditione regendos.
Ne veniam prior ipse petas; suprema potestas
Dedignatur adire preces, et subdere colla.
Annue sed precibus, procerum votisque precantum
Da facilem cursum, juveni noxamque remitte.

17

Interea te (numine corda afflante) rogabit
Guelphus, ut absolvas neptem de errore juventae,
Intempestivas ubi mox exarsit in iras,
Atque ad castra redux de more resumat honorem;
Et quamquam procul hinc juvenis sordescat amore
Oblitusque sui ignoto terat otia coelo,
Fide animis tamen, ille brevi opportunus adibit,
Atque Dei dono quantum diversus ab illo.

18

Petrus enim, cui sorte datum hic evolvere fata,
Atque arcana poli longe cognoscere vivens,
Ipse viris monstrabit iter, qua ducet eundum,
Unde sciant ubi certo sordeat inclytus heros.
Insuper ediscent illic artesque, modosque.
Solvere vincla viro, incolumemque adducere vobis;
Sic fiet demum, ut revoces sub signa sodales
Diversis actos fatis, referasque triumphos.

19

Or chiuderò il mio dir con una breve
Conclusion, che so ch' a te fia cara.
Sarà il tuo sangue al suo commisto, e deve
Progenie uscirne gloriosa e chiara.
Qui tacque, e sparve, come fumo leve
Al vento, o nebbia al sole arida e rara;
E sgombrò il sonno, e gli lasciò nel petto
Di gioja, e di stupor confuso affetto.

20

Apre allora le luci il pio Buglione,
E nato vede, e già cresciuto il giorno;
Onde lascia i riposi, e sovrappone
L'arme a le membra faticose intorno.
E poco stante a lui nel padiglione
Veniano i duci al solito soggiorno,
Ove a consiglio siedono, e per uso
Ciò ch' altrove si fa, quivi è concluso.

21

Quivi il buon Guelfo, che 'l novel pensiero
Infuso avea ne l' ispirata mente;
Incominciando a ragionar primiero,
Disse a Goffredo: O Principe clemente
Perdono a chieder ne vegn' io, che 'n vero
E' perdon di peccato anco recente;
Onde potrà parer per avventura
Frettolosa dimanda, ed immatura.

22

Ma pensando, che chiesto al pio Goffredo
Per lo forte Rinaldo è tal perdono;
E riguardando a me, che 'n grazia il chiedo,
Che vile affatto intercessor non sono;
Agevolmente impetrar mi credo
Questo, ch' a tutti fia giovevol dono.
Deh consenti, ch' ei rieda, e che in ammenda
Del fallo in pro comune il sangue spenda.

19

Denique complebo hic afflatus Numine sacro
Sermonem, et dictis animum solabor amicis.
Progenies ex te commixto semine surget,
Quae generis mixti laudes ad sidera tollet.
Sic ait, et tenues abiit ceu fumus in auras,
Aut nebulae fugiunt Phaebo radiante per orbem.
Discessit somnus, verum nova gaudia mentem
Pertentant taeitam, et sensus stupor altus habebat.

20

Tunc somnum excutiens recludit lumina Rector,
Exortumque videt Phoebum conscendere in altum,
Hinc molles plumas praeceps, atque otia linquit,
Membraque per totum fulgentibus instruit armis.
Venerat ad sedes procerum delecta juventus,
Ut de more ferens portantia verba salutem,
Consiliumque illic summis de rebus habetur;
Quaeque gerenda jubet Patrum patiente senatu.

21

Ante alios Guelphus, cui mentem afflarat amicum
Numen ab arce poli has fudit de pectore voces:
Intempestivum tibi, clementissime Princeps,
Atque nimis praeceps fortasse videbitur aequo
Poscere confisus tanta bonitate quod ausim;
Sed supplex venio, culpamque, scelusque remittas
Posco recens licet; ast ego nescio quis Deus addit
Mentibus ardorem, atque haec a te poscere cogit.

22

A te qui bonus es, veniam nunc postulo supplex,
Et veniam forti posco pro nepte Rinaldo;
Nec subeant animo meritorum oblivia nostrum,
Sed, si quid merui, comiter, precor, excipe vota.
Audeo spem precibus non parvam ponere, namque
Non tantum mihi, sed cunctis erit utile donum.
Annue, te precor, ut redeat, pensetque cruorem
Effusum, fundens Solymorum pro urbe cruorem.

23

E chi sarà, s' egli non è, quel forte,
Ch' osi troncar le spaventose piante?
Chi girà incontra a i rischj de la morte
Con più intrepido petto, e più costante?
Scoter le mura, ed atterrar le porte
Vedrailo, e salir solo a tutti avante.
Rendi al tuo campo omai, rendi per Dio
Lui ch' é, sua alta speme, e suo desio.

24

Rendi il nipote a me sì valoroso,
E pronto esecutor rendi a te stesso:
Nè soffrir ch' egli torpa in vil riposo;
Ma rendi insieme la sua gloria ad esso.
Segua il vessillo tuo vittorioso;
Sia testimonio a sua virtù concesso:
Faccia opre di se degne in chiara luce,
E rimirando te maestro, e duce.

25

Così pregava: e ciascun altro i preghi
Con favorevol fremito seguia.
Onde Goffredo all' or, quasi egli pieghi
La mente a cosa non pensata in pria;
Come esser può, diceu, che grazia i neghi,
Che da voi si dimanda, e si desia?
Ceda il rigore: e sia ragione, e legge
Ciò, che 'l consenso universale elegge.

26

Torni Rinaldo, e da qui innanzi affrene
Più moderato l' impeto de l' ire i
E risponda con l' opre a l' alta speme
Di lui concetta, ed al comun desire.
Ma il richiamarlo, o Guelfo, a te conviene:
Frettolo o egli sia, credo, al venire.
Tu scegli il messo, e tu l' indirizza, dove
Pensi, che 'l fero giovine si trove.

23

Quis tam fortis erit, plantas qui caedere luci,
Et stygios poterit pedibus penetrare recessus?
Quisnam pectore, et armis illo audentior ibit
In casus omnes, mille in discrimina mortis?
Ante alios cernes illum subvertere portas,
Ante alios Solymae excelsos conscendere muros;
Redde illum nobis, quaeso, jam redde catervis,
Est quibus unica spes animis, et dira cupido.

24

Redde mihi neptem, quo certe haud fortior alter,
Redde virum tibi, quo certe non fidior ullus;
Nec patere insano juvenis sordescat amore,
Nobile sed pectus fac tangat gloria rerum;
Et tua signa sequens virtutum exempla catervis
Praebeat, et perferre ediscat turba labores;
Teque duce, eximias juvenis res, teque magistro
Conficiat, nomenque suum sub sidera tollat.

25

Turba fremens procerum dictis, precibusque rogantis
Guelphi communi plausu, fremituque favebant.
Tum simulans Rector se in praesens flectere mentem
Rebus inexpectatis; Cur ego vota refellam,
Admirans ait, aut cur vestra rogata recusem?
Non equidem: sileant leges, sileatque vicissim
Inclementia: stet tantum pro lege voluntas
Iuncta simul tot, tantorumque, virumque precantum.

26

Iam redeat vir praestans ad sua castra Rinaldus,
Atque effraenatas exinde coerceat iras;
Gestaque nec fallant spem, nec pia vota suorum,
Congrua sed votis sua virtus consonet aeque:
Sitque tuum, Guelphe, ex oris revocare nepotem,
Et reditum celerare viri, atque exsolvere vota,
Ex fidis tu mitte viros; ubi forte moretur
Iis Imberjuvenis, celeres qui jussa facessant.

27

Tacque: e disse sorgendo il guerrier Dano:
Esser io cheggio il messaggier, chè vada,
Nè ricusò cammin dubbio, o lontano,
Per far il don de l' onorata spada.
Questi è di cor fortissimo, e di mano:
Onde al buon Guelfo assai l' offerta aggrada.
Vuol, ch' ei sia l' un de' messi, e che sia l' altro
Ubaldo, uom cauto, ed avveduto, e scaltro.

28

Veduti Ubaldo in giovinezza, e cerchi
Varj costumi avea, varj paesi,
Peregrinando da i più freddi cerchi
Del nostro mondo a gli Etiopi accesi:
E com' uom, che virtute, e senno merchi,
Le favelle, l' usanze, e i riti appresi:
Poscia in matura età da Guelfo accolto
Fu tra compagni, e caro a lui fu molto.

29

A tai messaggi l' onorata cura
Di richiamar l' alto Campion si diede;
E gl' indrizzava Guelfo a quelle mura,
Tra cui Boemondo ha la sua regia sede.
Che per pubblica fama, e per secura
Opinion, ch' egli vi sia, si crede.
Ma 'l buon Romito, che lor mal diretti
Conosce, entra fra loro, e tronca i detti.

30

E dice: o cavalier, seguendo il grido
De la fallace opinion vulgare,
Duce seguite temerario, e infido:
Che vi fa gire indarno, e traviare.
Or d' Ascalona nel propinquo lido
Itene, dove un fiume entra nel mare.
Quivi sia, che v' appaja uom nostro amico;
Credete a lui: ciò ch' ei diravvi, io 'l dico,

27

Sic ait, et medius surgens tum Daunius heros,
Si placet, iniquit, faustus rerum ego, nuncius ibo;
Sed nec iter dubium, seu dissitum ab orbe recuso,
Ut regis, dominique mei illi munere ferrum
Donem. Pectore fortis erat vir Danus, et armis
Unde placent Guelpho nimium promissa per illum;
Ubaldum comitemque dedit super omnia cautum,
Prudentemque virum, nec fraude, dolisque petendum.

28

Viderat Ubaldus varias gentesque, locosque,
Noverat et mores jam primae a flore juventae,
Sidere de gelido terras Erymanthidos ursae
Orbis ad Æthiopum usque ubi perlustravit arenas.
Ille ut erat grandi ingenii, mentisque vigore
Edidicit varios ritus, variasque loquelas.
Guelphus eum, plenis ubi jam maturuit annis,
Et comitem sibi nexuit, et dilexit amore.

29

Hisce viris data cura fuit revocare Rinaldum,
Suscipiuntque onus, atque parant absolvere coepta,
Iamque viam Guelpho gressusque docente legebant
Ad muros, ubi jam sedes, solumque locarat
Boemundus: siquidem sic undique fama ferebat,
Sicque putabatur sectando murmura famae.
Ast inconsultos, ac rerum non bene doctos
Aggreditur Petrus dictis, sicque edocet illos.

30

O clari pietate viri, ne credite famae,
Fama sonat falsa, et veri vos fallit imago.
Est fallax via, qua vos nunc tentatis eundum,
Atque incassos taederet subiisse labores.
Littus ad Ascalonis non procul ite propinquum,
Flumen ubi lymphas evolvit in aequoris undas,
Obvius occurret vobis vir junctus amore:
Fidite dictis: sint sua dicta oracula vobis.

31

Ei molto per se vede, e molto intese
Del preveduto vostro alto viaggio
Giù gran tempo ha da me; so che cortese
Altrettanto vi sia, quanto egli è saggio.
Così lor disse, e più da lui non chiese.
Carlo, o l' altro che seco iva messaggio:
Ma furo ubbidienti a le parole,
Che spirito divin dettar gli suole.

32

Preser commiato: e sì il desio gli sprona,
Che senza indugio alcun posti in cammino.
Dirizzaro il lor corso ad Ascalona,
Dove a i lidi si frange il mar vicino;
E non udiano ancor, come risuona
Il roco, ed alto fremito marino
Quando giunsero a un fiume il qual di nuova
Acqua accresciuto è per novella piova:

33

Sì che non può capir dentro al suo letto,
E sen va, più che stral, corrente, e presto:
Mentr' essi stan sospesi, a lor d' aspetto
Venerabile appare un vecchio onesto,
Coronato di faggio, in lungo e schietto
Vestir, che di lin candido è contesto.
Scuote questi una verga, e 'l fiume calca
Co' piedi asciutti, e contra 'l corso il valca.

34

Sì come soglion là vicino al polo,
S' avvien, che 'l verno i fiumi agghiacci, e indure,
Correr su 'l Ren le villanelle a stuolo
Con lunghi strisci, e sdrucciolar secure:
Tal ei ne vien sovra l' instabil suolo
Di queste acque non gelide, e non dure;
E tosto colà giunse onde in lui fisse
Tenean le luci i duo guerrier, e disse.

31

Ipse potest ex se rerum cognoscere causas,
Deque via a vobis carpenda multa loquuti
Ambo simul fuimus quondam; facilisque docebit
Quae? quid opus? vel qua ratione gerenda gerantur.
Haec senior; sed dicta viris praecordia tangunt,
Atque animos firmant dubios, pellunt que timorem.
Iam dictis parent, ac Petri jussa facessunt,
Haud aliter quam jussa forent afflaminis alti.

32

Acceptoque vale tantus fuit ardor eundi,
Ut correpti iter ilicet Ascalonis ad oras
Contulerint gressus, ubi ponti frangitur unda
Litoris ad siccas urbi propioris arenas.
Aure maris sonitum nondum, fremitumque legebant,
Litora per vacuum aethera quem movet unda flagellans
Cum crepitans nuper delapsis imbribus amnis
Obstitit exundans, et longius ire retardat.

33

Tum retinent gressus, rapidumque tuentibus amnem,
Margine qui rupto campos excurrit apertos,
Non secus atque volat nervo stridente sagitta,
Ecce repente senex veniens venerabilis ore
Apparet longe redimitus tempora fago,
Quem delapsus ad usque pedes velabat amictus
Carbasinus. Virgam quatit, et sicco pede flumen
Conculcat, facilique petit contraria cursu.

34

Saepe sub axe solent agrestes agmine matres
Sic facili lapsu strictas Rheni ire per undas,
Frigus ubi obfirmat glaciali tempore lymphas,
Et pedibus calcanda in gurgite coerula praebet;
Haud aliter per aquas liquidas, nec frigore strictas
Ille senex graditur portans sua gaudia vultu;
Pervenitque statim ad ripas, ubi missus uterque
Attoniti simul ad nova lumina fixa tenebant.

35

Amici, dura e faticosa inchiesta
Seguite: e d' uopo è ben, ch' altri vi guidi:
Che 'l cercato guerrier lunge è da questa
Terra in paesi inospiti ed infidi.
Quanto, o quanto de l' opra anco vi resta!
Quanti mar' correrete, e quanti lidi!
E convien che si stenda il cercar vostro
Oltre i confini ancor del mondo nostro.

36

Ma non vi spiaccia entrar ne le nascóse
Spelonche, ov' ho la mia secreta sede:
Ch' ivi udrete da me non lievi cose,
E ciò ch' a voi saper più si richiede.
Disse; e che lor dia loco l' acqua impose:
Ed ella tosto si ritira, e cede:
E quinci, e quindi di montagna in guisa
Curvata pende, e 'n mezzo appar divisa:

37

Ei presigli per man, ne le più interne
Profondità sotto quel rio lor mena.
Debile, e incerta luce ivi si scerne.
Qual tra boschi di Cintia ancor non piena:
Ma pur gravide d' acque ampie caverne
Veggiono, onde tra noi sorge ogni vena,
La qual zampilli in fonte, o in fiume vago
Discorra, o stagni, o si dilati in lago.

38

E veder ponno, onde il Pò nasca, ed onde
Idaspe, Gange: Eufrate, Istro derivi;
Onde esca pria la Tana: e non asconde
Gli occulti suoi principj il Nilo quivi.
Trovano un rio più sotto, il qual diffonde
Vivaci zolfi, e vaghi argenti, e vivi.
Questi il Sol poi raffina, e 'l licor molle
Stringe in candide masse, e in auree zolle,

35

Durum opus aggressi, dixit, durumque laborem
Estis amici: et fas ut quis vos ducat euntes;
Namque procul terra, quem quaeritis, extat ab ista
Vir praestans armis, et inhospita regna frequentat.
Quotque manent casus, et quot discrimina rerum!
Quot freta, quotque oras alio sub sole repostas
Fas petere, et procul hinc longinquas quaerere terras
Quae distant longe, adversoque sub axe locantur.

36

Ne grave sit vobis penetralia adire profunda,
Limen ubi, sedesque mihi, atque almae otia pacis:
Multa licet vobis illic ediscere magni,
Quaeque ad onus coeptum vobis est scire necessum.
Sic ait, atque locum cedant tum praecipit undis
Amnis ad imperium in geminas se dividit undas.
Atque viam siccam medio sub gurgite linquit
Montis ad instar aquis utrinque instantibus alte.

37

Atque sub interiora manu penetralia ducens
Amnis eos, terrae descendit in ima profundae.
Lux erat incerta, ac languens velut illa Dianae,
Cum nemora, et sylvas inter non plena refulget.
Immensas cernunt plenas tamen imbre cavernas,
Unde per internos venae telluris aquarum
Erumpunt aditus, atque in glomeramina passim
Dissiliunt, fluviisque ruunt, stagnisque quiescunt.

38

Exeat unde Padus, datur hic ediscere, et Ister,
Euphrates, Ganges, aut unde oriatur Hydaspes;
Quove prius Tanais fonte emanavit ab alto;
Quave ex occulta descendit origine Nilus.
Inferius cernunt surdum decurrere rivum,
Qui argentum purum, et vivacia sulphura volvit.
Perficit igne suo massam, liquidumque bitumen
Postea Phoebus, et inde argentum, aurumque resultat

39

E miran d' ogn' intorno al ricco fiume
Di care pietre il margine dipinto:
Onde come a più fiaccole s' allume,
Splende quel loco, e 'l fosco orror n' è vinto.
Quivi scintilla con ceruleo lume
Il celeste zaffiro, ed il giacinto:
Vi fiammeggia il carbonchio, e luce il saldo
Diamante, e lieto ride il bel smeraldo.

40

Stupidi i guerrier' vanno, e ne le nove.
Cose sì tutto il lor pensier s' impiega,
Che non fanno alcun motto. Al fin pur move
La voce Ubaldo, e la sua scorta prega:
Deh, Padre, dinne, ove noi siamo, ed ove
Ci guidi, e tua condizion ne spiega:
Ch' io non so, se 'l ver miri, o sogno od ombra;
Così alto stupore il cor m' ingombra.

41

Risponde: Sete voi nel grembo immenso
De la terra, che tutto in se produce.
Nè già potreste penetrar nel denso
De le viscere sue senza me duce.
Vi scorgo al mio palagio, il qual accenso
Tosto vedrete di mirabil luce.
Nacqui io pagan; ma poi ne le sant' acque
Regenerarmi a Dio per grazia piacque.

42

Nè in virtù fatte son d' Angeli stigi
L' opere mie meravigliose, e conte.
Tolga Dio, ch' usi note o suffumigi
Per isforzar Cocito, o Flegetonte.
Ma spiando men vo da' lor vestigi
Quale in se virtù celi o l' erba, o 'l fonte;
E gli altri arcani di Natura ignoti
Contemplo, e de le stelle i varj moti.

39

Margo micat variis circum undique, et undique gemmis,
Ut facibus diversis collucere putares
Per totum flumen, flamma radiante per umbras,
Et noctis tenebras abigente a gurgite terrae.
Elucent hic, et vario splendore coruscant
Caeruleus saphirus, purpureusque hyacinthus,
Hic adamas durus radiat, fulgensque pyropus,
Hic nitidus ridet jucunda luce smaragdus.

40

Attoniti novitate viri mirantur ovantes
Quae cernunt oculis, atque alta silentia servant.
Ubaldus tandem sermone silentia rumpit,
Ore ducemque suum sic interpellat amicum:
Oro, pater, sumus hic ubi? fac, edissere nobis,
Quove tenemus iter? quae conditio tua? namque
Nescio num vera, aut insomnia cerno quietis?
Mens adeo novitate manet perculsa stupenda

41

Ille vicissim: Vos terrae penetralia adistis,
Quae foecunda sinu dat opes, ac omnia gignit,
Non sine me duce fas vobis penetrare latebras
Esset inaccessas terrae, gremiumque profundum.
Ædibus hisce viis nostris succedimus altis,
Quae licet occultae multo splendore coruscant.
Pagano sub ritu me genuere parentes,
Sed voluit Deus, ut baptismatis amne novarer.

42

Interea nullam cocyti numina partem
Prorsus habent in tot rebus, quae monstra videntur.
Absit ut infernas ciean stridore catervas,
Sive ego thuris honore colam Plegetonta superbum;
At studiis parcens tectis mortalibus aegris
Quid valeant herbae edisco, quid pumicis undae;
Longius et volvens arcana latentia lustro
Naturae, et varios astrorum metior orbes.

43

Perocchè non cgnor lunge dal cielo
Tra sotterranei chiostri è la mia stanza :
Ma su 'l Libano spesso , su 'l Carmelo
In aerea magion fo dimoranza :
Ivi spiegansi a me senza alcun velo
Venere e Marte in ogni lor sembianza :
E veggio , come ogn' altra o presto , o tardi :
Roti , o benigna , o minaccevol guardi.

44

E sotto i piè mi veggio or folte , or rade
Le nubi , or negre , ed or pinte da Iri :
E generar le pioggie , e le rugiade
Risguardo , e come il vento obliquo spiri :
Come il folgor s' infiammi : e per qaai strade
Tortuose in giù spinto ei si raggiri :
Scorgo comete , e fochi altri sì presso ,
Ch' io soleva invaghir già di me stesso.

45

Di me medesmo fui pago cotanto ,
Ch' io stimai già , che 'l mio saper misura
Certa fosse , e infallibile di quanto
Può far l' alto Fattor de la Natura.
Ma , quando il vostro Piero al fiume santo
M' asperse il crine , e lavò l' alma impura ,
Drizzò più su il mio guardo , e 'l fece accorto ;
Ch' ei per se stesso è tenebroso , e corto.

46

Conobbi allor , ch' augel notturno al sole
E' nostra mente a i rai del primo vero :
E di me stesso risi , e de le fole ,
Che già cotanto insuperbir mi fero ,
Ma pur seguito ancor , com' egli vuole ,
Le solite arti , e l' uso mio primiero.
Ben sono in parte altr' uom da quel ch' io fui;
Ch' or da lui pendo , e mi rivolgo a lui.

43

Nec mihi fixa domus, terrae nec semper opacas
Infernasque polo procul a puro incolo sedes;
Sed Libani, seu Carmeli saepe ardua rupes
Praebet odoratam mihi sedem in tractibus aethrae:
Occurrunt oculis nullo Venus abdita velo,
Marsque illic variis volventes vultibus orbes:
Perlego quae tardo volvuntur sidera lapsu,
Quaeve cito: quae rident: quae contagia portant?

44

Et pedibus calcare datur volitantia coelo
Nubila vel cava, vel tenebrosa, vel Iride picta:
Qua ratione lego rores generentur, et imbres,
Quove modo per nimbos fulvae agitentur arenae:
Missile quae fulgur succendant semina flammae,
Exilit et rupta elisum de nube deorsum:
Sidereos ignes oculis lustro, atque cometas,
Angeret ut nostram persaepe superbia mentem.

45

Gloria tanta mei tam longe crevit eundo,
Ut (demens!) omnes rerum cognoscere causas,
Et penitus mihi jam patefactas esse putarim
Numinis aeterni leges, quibus omnia fiunt.
At postquam mihi lustrali baptismatis unda
Perfudit frontem Petrus sordesque rigavit,
Altius intendit mea mens, et docta remansit,
Quam sit iners ex se, caecisque voluta tenebris.

46

Tunc cognovi hominum mentes hebetare superbas
Ad radios aeternae lucis, non secus atque
Ad radios Phoebi volucris nocturna pererrat;
Unde indignatus tempsi malesana juventae,
Assuetas tamen in studiis ego prosequor artes
Ut de more, illas mihi nulla lege vetante.
Moribus instructis quam sum diversus ab illo!
Principium, finis Deus, et Deus omnia nobis.

47

E in lui m' acqueto, egli comanda, e insegna,
Mastro insieme, e signor sommo, e sovrano:
Nè già per nostro mezzo oprar disdegna
Cose degne tator de la sua mano.
Or sarà cura mia, ch' al Campo vegna
L' invitto eroe dal suo carcer lontano:
Ch' ei la m' impose, e già gran tempo aspetto
Il venir vostro, a me per lui predetto.

48

Così con lor parlando al loco viene,
Ov' egli ha il suo soggiorno, e 'l suo riposo.
Questo è in forma di speco, e in se contiene
Camere, e sale, grande, e spazioso.
E ciò che nudre entro le ricche vene
Di più chiaro la terra, e prezioso,
Splende ivi tutto: ed ei n' è in guisa ornato,
Ch' ogni suo fregio è non fatto, ma nato.

49

Non mancar' qui cento ministri, e cento,
Ch' accorti, e pronti a servir gli osti foro
Nè poi in mensa magnifica d' argento
Mancar' gran vasi e di cristallo, e d' oro;
Ma quando sazio il natural talento
Fu de' cibi, e la sete estinta in loro;
Tempo è ben, disse a i cavalieri il Mago,
Che 'l maggior desir vostro omai sia pago.

50

Quivi ricominciò: L' opre, e le frodi
Note in parte a voi son de l' empia Armida.
Com' ella al Campo venne, e con quai modi
Molti guerrier' ne trasse, e lor fu guida,
Sapete ancor, che di tenaci nodi
Gli avvinse poscia; albergatrice infida
E ch' indi a Gaza gl' inviò con molti
Custodi, e che tra via furon disciolti.

47

Ille quies animae, pariterque docetque, jubetque
Ut summus rerum dominus, rerumque magister;
Nec dedignatur per nos ut mira gerantur
Digna Deo tantum, cui tellus paret et astra.
Interea ut vir longinquo de carcere praestans
Ad sua castra redux veniat me cura tenebit.
Id jubet ipse Deus: Mihi jam patefactus ad aures
Adventus vester vix, vix fraenaverat aestum.

48

Sic vario sermone viam venere levantes,
Illi ubi limen erat praestans, sedesque quietis.
Illa specus formam, ut primum, referebat, et intus
Continet ingentes aedes, ac atria vasta:
Insuper et quaecumque sinu pretiosa opulento
Terra fovet. Late gemmis, auroque coruscat
Sic, ut opes tantas hominum multa arte putares
Esse laboratas, cum det natura creatrix.

49

Ecce adsunt famuli centum, centumque ministri,
Munera qui meritis ceteres persolvere certant.
Aurea luxuriant spumantia pocula vino,
Et fumant epulae mensis ante ora paratae.
Postquam exempta fames, et amor compressus edendi,
Et penitus depulsa sitis per munera Bacchi,
Tempus, ait magus, est tandem ut majora laborem
Vestra replere, viri, vota, atque arcana docere.

50

Tum sic exorsus: Vobis fraudesque, dolique
Armidae perspecti sunt ex parte nefandae;
Et bene nostis tantos qua ratione fefellit
Castra ingressa viros: tanti dux femina facti:
Haud ignari estis post haec vinxisse catenis
Incautam pubem sub opaci carceris umbras;
Denique non latet illam multo milite tectam
Per fortem donatam libertate Rinaldum.

51

Or vi narrerò quel, ch' appresso occorse:
Vera istoria, da voi non anco intesa.
Poichè la maga rea vide ritorse
La preda sua, già con tant' arte presa;
Ambe le mani per dolor si morse;
E fra se disse di disdegno accesa;
Ah vero unqua non fia, che d' aver tanti
Miei prigion' liberati egli si vanti.

52

Se gli altri sciolse, ei serva, ed ei sostegna
Le pene altrui serbate, e 'l lungo affanno.
Nè questo anco mi basta; i' vo', che vegna
Su gli altri tutti universale il danno.
Così tra se dicendo, ordir disegna
Questo, ch' or udirete, iniquo inganno.
Viensene al loco, ove Rinaldo vinse
In pugna i suoi guerrieri, e parte estinse.

53

Quivi egli avendo l' arme sue deposto,
Indosso quelle d' un pagan si pose:
Forse perchè bramava irsene ascosto
Sotto insegne men note, e men famose.
Prese l' armi la maga, e in esse tosto
Un tronco busto avvolse, e poi l' espose;
L' espose in riva a un fiume, ove dovea
Stuol de' Franchi arrivare, e 'l prevedea.

54

E questo antiveder potea ben' ella,
Che mandar mille spie solea d' intorno;
Onde spesso del Campo avea novella,
E s' altri indi partiva, o fea ritorno.
Oltre che con gli spirti anco favella
Sovente, e fa con lor lungo soggiorno.
Collocò dunque il corpo morto in parte
Molto opportuna a sua ingannevol' arte.

51

Nunc retegam paucis quae postea facta fuere,
Et seriem rerum ignotam sermone revolvam.
Ut praedam tantisque dolis tantoque labore
Partam Armida sibi auferri conspexit iniqua,
Tacta dolore manus ambas tunc dente momordit
Atque ira indignata fremens sic ore loquuta est.
Absit ut ille meis de tot retulisse triumphum
Gaudeat, et tantis se extollat gloria rebus.

52

Quae scelerate tuis rupisti vincla, Rinalde,
Illa pedesque, manusque tuae sub carceris umbras
Tempus in omne ferent. Nec sat. Per lumina coeli
Commune in caput excidet irreparabile damnum.
Sic ait, et facinus fraudumque, dolique magistra
Triste parat, Gallorum ad ineluctabile damnum.
Advolat illa locos, ubi devicto agmine fortis
Donarat comites jam libertate Rinaldus.

53

Quum posuisset humi sua facta caede Rinaldus
Arma ibi, cujusdam sibi sumpsit militis arma
Caede perempti, ignotus ut iret forsitan hostes
In medios non tam notis circumdatus armis.
Truncatum corpus circumdedit hisce cruentis
Illa armis, posuitque palam secus amnis ad oras,
Quo legio Gallum saepe adventare solebat,
Atque adventurum siquidem praesenserat illa.

54

Et poterat certe Armida hunc praenoscere casum,
Namque per excubias circum explorare solebat;
Unde frequenter erat de rebus facta per illas
Certior, et quisve ex castris abeundus in agros,
Quisve foret remeandus jam perspexerat ante.
Adde quod infernas longo sermone catervas
Alloquitur; Corpus truncum ergo in parte locavit,
Spes ubi per fraudes se posse eludere Francos.

55

Non lunge un sagacissimo valletto
Pose di panni pastorai vestito.
E impose lui ciò, ch' esser fatto, o detto
Fintamente doveva; e fu eseguito.
Questi parlò co' vostri, e di sospetto
Sparse quel seme in lor ch' ind. nutrito
Fruttò risse, e discordie, e quasi al fine
Sediziose guerre, e cittadine.

56

Che fu, com' ella disegnò, creduto
Per opra del Buglion Rinaldo ucciso:
Benchè al fine il sospetto a torto avuto
Del ver si dileguasse al primo avviso.
Cotal d' Armida l' artificio astuto
Primieramente fu, quat' io diviso.
Or direte ancor, come seguisse
Poscia Rinaldo, e quel, ch' indi avvenisse.

57

Qual cauta cacciatrice Armida aspetta
Rinaldo al varco: ei su l' Oronte giunge;
Ove un rio si dirama, e un' isoletta
Formando, tosto a lui si ricongiunge:
E 'n su la riva una colonna eretta
Vede, e un picciol battello indi non lunge.
Fissa egli tosto gli occhi al bel lavoro
Del bianco marmo, e legge in lettre d' oro:

58

O chiunque tu sia, che voglia o caso
Peregrinando adduce a queste sponde,
Meraviglia maggior l' orto, o l' Occaso
Non ha di ciò, che l' isoletta asconde.
Passa, se vuoi vederla. È persuaso
Tosto l' incauto a girne oltra quell' onde.
E perchè mal capace era la barca
Gli scudieri abbandona, ed ei sol varca.

55

Non procul agregti contectum corpus amictu
Occuluit famulum solerti mente seorsim,
Verbaque ficta dedit, simulataque somnia mentis:
Edocuitque dolos: Cesserunt prospera quaeque.
Ille avidos comites scitari, et quaerere causas
Fatus, suspicionis in ipsis semina sparsit,
Postea quae rixas, et jurgia fota tulere
Vos inter, miseroque agitarunt castra tumultu.

56

Undique praevaluit vestrae sententia menti
Illustrem juvenem furtiva caede peremptum
Esse jubente Duce: at male structa evanuit omnis
Suspicio, ut primum pervenit nuncia veri
Fama. Has de longe primum fraudesque, dolosque
Struxit in exitium Gallorum Armida scelesta;
Postea quae fecit, nunc vos advertite mentem
Fabor enim, incautum ut laquearet iniqua Rinaldus.

57

Non secus ac nemorum cultrix, comes atque Dianae
Prastantem virtute virum illa expectat Orontis
Ad ripas, ubi rivus se sejungit ab amne,
Telluremque tenens mediam conjungitur illi
Rursus, et insula se mediis attollit ab undis.
Accedit juvenis, pilamque in litore cernit,
Nec procul inde phaselum: Auratis pila tenebat
Sculpta notis syrio sermone haec scripta legenda.

58

Quisquis es, o vel amica trahit fortuna sub oras
Fluminis istius, vel ducit certa voluntas,
Si tibi mens avida est nimium res noscere miras,
Nil quibus in toto mundus par continei orbe,
Trajice: res omnes parvo tenet insula gyro;
Nilque subesse doli credens trajicere flagrat
Imprudens juvenis; sed cum foret arcta phaselus,
Trajicit ipse fluenta unus, sociosque relinquit.

59

Com' è là giunto, cupido, e vagante
Volge intorno lo sguardo, e nulla vede,
Fuor ch'antri, ed acque, e fiori, ed erbe, e piante,
Onde quasi schernito esser si crede.
Ma pur quel loco è così lieto, e in tante
Guise l' alletta, ch' ei si ferma, e siede;
E disarma la fronte, e la ristaura
Al soave spirar di placid' aura.

60

Il fiume gorgogliar fra tanto udio
Con novo suono, e là con gli occhi corse:
E mover vide un' onda in mezzo al rio,
Che 'n se stessa si volse, e si ritorse.
E quinci alquanto d' un crin biondo uscio,
E quinci di donzella un volto sorse:
E quinci il petto, e le mammelle, e de la
Sua forma insin dove vergogna cela.

61

Così dal palco di notturna scena
O Ninfa, o Dea, tarda sorgendo, appare.
Questa, benchè non sia vera Sirena,
Ma sia magica larva, una ben pare
Di quelle, che già presso a la Tirrena
Piaggia abitar' l' insidioso mare:
Nè men che 'n viso bella, in suono è dolce:
E così canta, e 'l cielo, e l' aure molce:

62

O giovinetti, mentre Aprile, e Maggio
V' ammantan di fiorite, e verdi spoglie:
Di gloria, o di virtù fallace raggio
La tenerella mente ah non v' invoglie:
Solo chi segue ciò, che piace, è saggio:
E in sua stagion degli anni il frutto coglie;
Questo grida natura. Or dunque voi
Indurerete l' alma a i detti suoi?

59

Ut primum venit per gyrum lumina torsit,
Nec quidquam insueti vidit, verum obvia tantum,
Ut plantas, frutices, lymphas, floresque virentes;
Hinc se derisum censet per signa columnae.
Aura tamen lenis tanta dulcedine sensus
Mulcet ibi, ut tandem sedeat quasi fractus in umbra:
Exuit illustrem cristata casside frontem,
Atque illam zephiri placido lenimine mulcet.

60

Interea insolito sonitu mox aestuat amnis:
Ilicet ad sonitum cupidus sua lumina vertit,
Atque undam medio sinuosam in flumine vidit
Sub geminatos orbes nullo agitante revolvi;
Inde comae flavae adparent, flavique capilli,
Emergunt e gurgite vultus inde puellae,
Pectora se pandunt tandem, et super ubera monstrant,
Et costas; et formam. Vix tegit unda pudenda.

61

Haud aliter nocturno emergit nympha theatro,
Seu Dea quae sensim se fert spectantibus ultro;
Talis erat quae nympha super se fuderat undas.
Et quamquam illudens sensus sit inanis imago,
Attamen ore refert unam ex syrenibus illis,
Quae siculis rates cantu praedantur in undis:
Illa venusta nimis facie, aeque ac gutture dulcis
Fundit ab ore melos, terramque, polumque relaxat.

62

O pueri, quibus annos dum tegit alma juventus,
Verque parat vario fronti de flore coronas,
Abs t, inanis fallax ut virtutis imago
Decipiat teneram mentem, seu gloria rerum.
Ille quidem sapiens sibi quem trahit una voluptas,
Ætatisque suae placeat decerpere fructus.
Haec natura docet. Naturae spernere voces
Nonne nefas, dirumque nefas jam morte piandum?

63

Folli, perchè gettate il caro dono,
Che breve è sì, di vostra età novella?
Nomi, e senza soggetto idoli sono
Ciò che pregio e valore il mondo appella.
La fama, che invaghisce a un dolce suono
Voi superbi mortali, e par sì bella;
E' un' Eco, un sogno, anzi del sogno un'ombra,
Ch' ad ogni vento si dilegua e sgombra.

64

Goda il corpo sicuro, e in lieti oggetti
L' alma tranquilla appaghi i sensi frali.
Obblii le noje andate, e non affretti
Le sue miserie in aspettando i mali.
Nulla curi, se 'l ciel tuoni, o saetti:
Minacci egli a sua voglia, e infiammi strali.
Questo è saper, questa è felice vita;
Sì l' insegna natura, e sì l' addita.

65

Sì canta l' empia; e 'l giovinetto al sonno
Con note invoglia sì soavi, e scorte;
Quel serpe a poco a poco, e si fa donno
Sovra i sensi di lui possente, e forte:
Nè i tuoni omai destar, non ch' altri, il ponno
Da quella queta immagine di morte.
Esce d' aguato allor la falsa maga,
E gli va sopra, di vendetta vaga.

66

Ma quando in lui fissò lo sguardo, e vide,
Come placido in vista egli respira:
E ne' begli occhi un dolce atto che ride,
Benchè sian chiusi, (or che fia, s' ei gli gira?)
Pria s' arresta sospesa: e gli s' asside
Poscia vicina, e placar sente ogn' ira,
Mentre il risguarda; e 'n su la vaga fronte
Pende omai sì, che par Narciso al fonte.

63

An redeunt anni vernantis flore juventae
Amentes! quorum vobis tam munera sordent
Et virtus, et honos, quae ut numina mundus a eunt,
Nomina sunt vacua, et nil sunt nisi pulvis, et umbra;
Pulvis, et umbra levis, potiusve insomnia mentis
Est famae rumor mundi bacchantis in oras,
Unde tument animi vobis mortalibus aegris;
Umbra levis, tenues quae mox vanescit in auras.

64

Alma venus fundat sua dulcia mella labellis,
Atque cupidinis aestus mulceat alma voluptas;
Pectora deponant curas oblita laborum,
Nec celerent mala crudeli formidine fati.
Intonet igne polus; coelum sonet omne fragore;
Fulgure percellat turres, mens gaudia carpat.
Felices o, quibus datur id cognoscere ad horam,
Et praecepta sequi, dat quae natura creatrix.

65

Corde nefanda notas has fundit gutture Averni,
Et dulci suadet juveni dare lumina somno.
Occupat ille artus sensim mergitque sopore,
Lethaeisque undis perfundit membra deinde.
Fulmina non possunt altos depellere somnos,
Nec strepitus quisquam revocare ab imagine mortis
Collapsum per terras. Tunc Armida repente
Egressa insidiis poenas cum sanguine poscit.

66.

Ast ubi pace quiescenti sua lumina fixit,
Conspexitque virum dulci languore jacentem,
Ridentemque oculis quamquam velamine tectis,
(Quid fiet vigiles risu si forte micarent?)
Primum anceps haeret; lateri dein assidet aegra;
Ira fugit, succensa genis jam flagrat amore,
Nec satiare valens oculos pendebat ab ore,
Ut quondam pulcher fontis Narcissus ad undas.

67

E quei ch' ivi sorgean vivi sudori
Ch' coglie lievemente in un suo velo:
Ne con un dolce ventilar gli ardori
Gli va temprando de l' estivo cielo.
Così (ch' il crederia?) sopiti ardori
D' occhi nascosi distemprar quel gelo,
Che s' indurava al cor, più che diamante:
E di nemica ella divenne amante.

68

Di ligustri, di gigli, e de le rose,
Le quai fiorian per quelle piagge amene,
Con nov' arte congiunte, indi compose
Lente, ma tenacissime catene.
Queste al collo, a le braccia, a i piè gli pose:
Così l' avvinse, e così preso il tiene:
Quinci mentr' egli dorme, il fa riporre
Sovra un suo carro, e ratta il ciel trascorre.

69

Nè già ritorna di Damasco al regno:
Nè dove ha il suo castello in mezzo all' onde:
Ma ingelosita di sì caro pegno,
E vergognosa del suo amor, s' asconde
Ne l' oceano immenso, ove alcun legno
Rado, o non mai va da le nostre sponde,
Fuor tutti i nostri lidi: e quivi eletta
Per solinga sua stanza è un' isoletta.

70

Un' isoletta, la qual nome prende
Con le vicine sue da la Fortuna.
Quinci ella in cima a una montagna ascende
Disabitata, e d' ombre oscura, e bruna.
E per incanto a lei nevose rende
Le spalle, e i fianchi, e senza neve alcuna
Gli lascia il capo verdeggiante, e vago:
E vi fonda un palagio appresso un lago:

67

Quosque videt madidos decurrere fronte serena
Sudores, leviter curat detergere velo;
Ardentesque manu flabrum gestante frequenter
Temperat illi aestus coeli, refovetque quietem;
Solvere sic glaciem iráto sub pectore strictam
Durius ac adamante ignes valuere sopore
Devicti (nec habenda fides) inimica Rinaldo
Mox evasit amans ejus bacchata furore.

68

Colligit inde rosas, et cana ligustra per agros,
Et dulces calthas, ibi quas laetissima tellus
Gignit, et arte nova intextas de floribus illa
Serta facit, variasque parat de flore catenas;
Colla, pedesque, manusque viri, fortesque lacertos,
Hisce modo vinclis nectit, vincitque catenis,
Sic somno correptum, sublatumque quadrigae
Imponit, celerique sedens secat aera cursu.

69

Nec mens ad Regna est illi remeare Damasci,
Nec stagni ad medias undas, ubi condidit arcem,
Sed tantae, tantique boni nimis anxia praedae,
Tamque nimis foedi ardoris succensa pudore,
Oceani immensi mediis se condit in undis,
Quo nostris solvens ex oris appulit unquam
Nulla carina; sedes ibi tutas fixit amoris,
Insula namque tenet mediis in fluctibus illos.

70

Nomen ei fortuna suum dat, ut omnibus illis,
Quae medio passim consurgunt de acquore circum.
Huc advecti alti petierunt culmina montis,
Saxa latebrosis antris, et inhospita silvis.
Arte veneficia costas, et tergora saxi
Vellere brumali texit, nec solvitur aestu:
Culmina fruticibus semper viridantia vernant,
Praeclaramque lacus ad litora condidit aedem.

71

Ove in perpetuo April molle amorosa
Vita seco ne mena il suo diletto.
Or da così lontana, e così ascosa
Prigion trar voi dovete il giovinetto:
E vincer de la timida, e gelosa,
Le guardie, ond' è difeso il monte, e 'l tetto.
E già non mancherà chi là vi scorga,
E chi per l' alta impresa arme vi porga.

72

Troverete, del fiume a pena sorti,
Donna giovin di viso, antica d' anni:
Ch' a' lunghi crini in su la fronte attorti
Fià nota, ed al color vario dè' panni.
Questa per l' alto mar fin che vi porti
Più ratta, che non spiega aquila i vanni;
Più che non vola il folgore; nè guida
La troverete al ritornar men fida.

73

A piè del monte, ove la maga alberga,
Sibilando strisciar novi Pitoni,
E cinghiali arrizzar l' aspre lor terga;
Ed aprir la gran bocca orsi e leoni
Vedrete: ma scotendo una mia verga,
Temeranno appressarsi, ove ella suoni.
Poi via maggior (se dritto il ver s' estima)
Troverete il periglio in su la cima.

74

Un fonte sorge in lei, che vaghe, e monde
Ha l' acque sì, ch' i riguardanti asseta:
Ma dentro a i freddi suoi cristalli asconde
Di tosco estran malvagità secreta:
Ch' un picciol sorso di sue lucide onde
Inebbria l' alma tosto, e la fa lieta.
Indi a rider uom move; e tanto il riso
S' avanza al fin, ch' ei ne rimane ucciso.

71

Mollia perpetuo Aprili vitae otia ducit
Charus amans illic simul, et sua gaudia complet;
Fas igitur tam caeco, et tam procul orbe remoto
Carcere praeclarum puerum subducere vobis;
Custodes montis fas est superare, dolosa
Quos posuit vigiles agitata Armida timore.
Vos duce, vos monitis, armis quoque egetis et aptis:
Nil deerit vobis ad opus; sunt cuncta parata

72

Occurret mulier trajecto flumine vobis
Ore ferens annos virides, sed plenior aevo,
Tempora contortis gestans redimita capillis,
Et varias vario vestes induta colore.
Haec per inane feret vosmet super aequoris undas
Ocyus ac tenues Jovis auras pervolat Ales,
Nubila sive secat fulmen, cum labitur axe:
Haec eadem referet reduces ad castra relicta.

73

Montis, ubi maga defixit sua tecta, sub imis
Sibila vibrantes occurrent ore dragones,
Spumantesque simul villis horrentibus apri,
Non minus atque ursi ore frementes, atque leones.
Est mihi virga minax: illa stridente recedunt
Monstra, manu hanc tuti torquentes ibitis ultra;
Ista pericla tamen vobis adeunda per hostes
Sunt nil; sed majora manent in vertice montis.

74

Vena perennis aquae niveo de silice manat,
Quae incutit ardores aspergere guttura lymphis;
Atra venena tamen nitidis abscondit in undis,
Vae quibus est istos latices potare voluntas!
Gutta sat est mentem laeto complere furore,
Oblitamque mali furibundam quaerere risum;
Ast ubi mella dedit, ferit ictu corda dolore,
Atque agitata malis fas est occumbere morti.

75

Lunge la bocca disdegnosa, e schiva
Torcete voi da l' acque empie omicide.
Nè le vivande poste in verde riva
V' allettin poi, nè le donzelle infide,
Che voce avran piacevole, e lasciva,
E dolce aspetto, che lusinga, e ride.
Ma voi gli sguardi, e le parole accorte
Sprezzando, entrate pur ne l' alte porte.

76

Dentro è di muri inestricabil' cinto,
Che mille torce in se confusi giri:
Ma in breve foglio io ve 'l darò distinto
Sì: che nessun error fia che v' aggiri.
Siede in mezzo un giardin del labirinto,
Che par, che da ogni fronde amore spiri.
Quivi in grembo a la verde erba novella
Giacerà il cavaliero, e la donzella.

77

Ma com' essa, lasciando il caro amante,
In altra parte il piede avrà rivolto;
Vo', ch' a lui vi scopriate, e d' adamante
Un scudo, ch' io darò, gli alziate al volto;
Sì ch' egli vi si specchi, e 'l suo sembiante
Veggia, e l' abito molle, onde fu involto:
Ch' a tal vista potran vergogna, e sdegno
Scacciar dal petto suo l' amore indegno.

78

Altro che dirvi omai nulla m' avanza,
Se non ch' assai securi ir ne potrete,
E penetrar de l' intricata stanza
Ne le più interne parti, e più secrete;
Perchè non fia, che magica possanza
A voi ritardi il corso, o 'l passo viete:
Nè potrà pur (cotal virtù vi guida)
Il giunger vostro antiveder Armida:

75

Ora proul lymphis, procul a lethalibus undis,
Fonte labella procul socii subducite cauti.
Nec vos seducant epulae in viridantibus herbis
Arte paratae, nec praestanti corpore Nymphae
Lasciva edoctae modulari carmina cantu,
Atque animos ad turpia dulci impellere risu.
Dulcia verba sono fas vobis spernere, et artes,
Et fas interiora irrumpere limina sedis.

76

Atria mille lares cingunt, et mille viarum
Atria connectunt contortis orbibus aedis,
At nitidis signis per me descripta papyron
Vos ducet non deceptos ambage viarum.
Tecta tenent medium labyrinthi molle viretum,
Cujus frons omnis redolens inspirat amorem;
Substratique sedent in molli ibi floribus herba
Virque, puella simul libantes oscula labris.

77

At postquam illa loco excedens paulisper amantem
Liquerit, et vir manserit incomitatus in herba,
Prosilite ex umbris, clypeumque admantina coram
Objicite ante oculos juvenis, quem postmodo tradam.
Ipse sui vultus, lascivaque tegmina, corpus
Est quibus ornatum, attente speculatus in illo;
Indignans animo suffunditur ore pudore,
Et pudor indignum de pectore pellet amorem.

78

Haec modo sint satis: Eja expellite corde timorem:
Ibitis incolumes; inceptis fata favebunt;
Nec vetitum vobis tecti penetrare recessus,
Sit licet implexum contorta ambage viarum;
Nulla potest etenim vel cursum Thessala virtus
Sistere, vel prohibere avidam contingere metam.
Adventum vestrum nec Tartarus ipse valebit
Ante docere magam. Tantum est virtutis ab alto.

79

Nè men sicura da gli albergh suoi
L' uscita vi sarà poscia, e 'l ritorno.
Ma giunge omai l' ora del sonno; e voi
Sorger diman dovete a par col giorno.
Così lor disse, e gli menò dipoi
Ove essi avean la notte a far soggiorno.
Ivi lasciando lor lieti e pensosi.
Si ritrasse il buon vecchio a' suoi riposi.

Fine del Canto Decimoquarto.

79

Denique securos pariter de sedibus illis
Ferre pedes dabitur nec non remeare Penates.
Sed jam tempus adest placidae dare membra quieti;
Nam vobis fas est, cum primum albescere lucem
Cernere fata dabunt, de vestris surgere stratis.
Talia dicta dedit, comitesque ad strata reduxit,
Tum laetos illic, et pectore multa moventes
Deserit in proprium se seque cubile recepit.

Finis Libri Decimiquarti.

CANTO

DECIMOQUINTO

ARGOMENTO.

Dal Mago istrutti i Cavalier sen vanno
Dove il pino fatal gli attende in porto.
Spiegan la vela, e pria del gran Tiranno
D' Egitto i legni, e l' apparecchio han scorto:
Poi tale il vento, e tale il nocchier hanno,
Che ben lungo viaggio estiman corto.
All' isola remota alfine spinti,
Da lor le forze sono, ei vezzi vinti.

1

Già richiamava il bel nascente raggio
A l' opre ogni animal, che in terra alberga;
Quando venendo a i duo guerrieri il Saggio
Portò il foglio, e lo scudo, e l' aurea verga.
Accingetevi (disse) al gran viaggio
Prima, che 'l dì che spunta, omai più s' erga.
Eccovi qui quanto ho promesso, e quanto
Può de la maga superar l' incanto.

2

Erano essi già sorti, e l' arme intorno
A le robuste membra avean già messe;
Onde per vie, che non rischiara il giorno,
Tosto seguono il vecchio: e son l' istesse
Vestigia ricalcate or nel ritorno,
Che furon prima nel venire impresse.
Ma giunti al letto del suo fiume: Amici,
Io v' accommiato, ei disse: ite felici.

LIBER

DECIMUSQUINTUS

ARGUMENTUM.

Praestantes virtute viri sic optime docti
Litora nota petunt, ubi puppis amica manebat.
Ast ubi conscensi navem, et data carbasa vento,
Ægypti classem lustrant, atque agmina Regis.
Sic ventus, Rectorque ratis comitantur euntes,
Ut via visa brevis fuerit longissima quamquam.
Utque datum illis optatam contingere metam,
Et Veneris superare dolos, irasque ferarum.

1

Jamque ad inexpletos surgens aurora labores
Per terras diffusa animalia quaeque vocabat,
Cum vigil ecce senex secum clypeumque, librumque,
Promissamque ferens virgam se se obtulit illis.
Carpite, dixit, iter; via longa est; Eja priusquam
Exurgens Titan altum conscendat in axem.
Quae vobis promissa dedi sunt ecce soluta
Haec sat erunt superare magae fraudesque, dolosque.

2

Iamque viri vigiles relevarant membra cubili,
Corpus et ornarant validum renitentibus armis;
Unde senis per opaca carentia luce viarum
Protinus a tergo vestigia lecta sequuntur,
Et pariter gressi repetunt vestigia retro,
Qua gressum extulerant, iterataque lumine lustrant,
Ast ubi perventum notas ad fluminis oras,
Ite viri, dixit, superique incoepta secundent.

3

Excipit amnis eos gremio, leviterque per auras
Tollit agens illos sursum, impellitque per undas:
Incedunt ibi non secus atque supernatat arens
Ramus in aequoreas undas demissus ab alto.
Denique subiatos mollis suscepit arena
Parte sub adversa, ductrix ubi sponsa manebat:
Non magnam videre ratem; videre puellam
Fortunae similem, moderamina jamque gerentem

4

Crinitam frontem fosmosa puella gerebat,
Sed nihil ore, nihil vultuque benignius illa.
Angelicam formam penitus referebat in ore.
Tanta coruscabat lux late in corpore pulchro,
Mule trahit varios adverso sole colores
Palla tegens corpus: Tyrio modo murice tincta
Apparet modo caerulea; atque illusa colore
Lumina fallunturquoties, datur aspicere illam.

5

Haud aliter persaepe solet variare colores
Sole sub adverso circumdans colla columbae
Penna aurata sibi semper diversa colore,
Dissimilisque oculis semper cernentibus illam.
Nunc torquem simulat succensam luce pyropi,
Tingitur inde statim viridanti luce smaragdi;
Nunc simul immiscet radiis agitantibus illos.
Spectantumque modis illudit lumina centum.

6

Hanc, ait, o fortunati conscendite navim,
Cujus ope oceani metuens nil caerula verro:
Aura favens puppim semper comitatur euntem;
Omnis turbo silet coram; nulloque gravatur
Pondere. Me dominus Coeli jubet esse ministram,
Ductricemque viae, quam vobis pandit ab alto.
Eja subite ratem, dixit, propiusque phaselum
Illico vicinae remis admovit arenae.

7

Come la nobil coppia ha in lui raccolta,
Spinge la ripa, e gli rallenta il morso:
Ed avendo la vela a l' aure sciolto,
Ella siede al governo, e regge il corso:
Gonfio il torrente è ì, ch' a questa volta
I navigli portar ben può su 'l dorso:
Ma questo è sì leggier, che 'l sosterrebbe
Qual altro rio per novo umor men crebbe.

8

Veloce sovra il natural costume
Spingon la vela in verso il lido i venti.
Biancheggian l' acque di canute spume,
E rotte dietro mormorar le senti.
Ecco giungono omai là, dove il fiume
Queta in letto maggior l' onde correnti:
E ne l' ampie voragini del mare
Disperso o divien nulla, o nulla appare,

9

Appena ha tocco la mirabil nave
De la marina allor turbata il lembo,
Che spariscon le nubi, e cessa il grave
Noto, che minacciava oscuro nembo.
Spiana i monti de l' onde aura soave,
E solo increspa il bel ceruleo grembo:
E d' un dolce seren diffuso ride
Il ciel, che sè più chiaro unqua non vide.

10

Trascorse oltre Ascalona, ed a mancina
Andò la navicella in ver Ponente;
E tosto a Gaza si trovò vicina,
Che fu porto di Gaza anticamente:
Ma poi, crescendo de l' altrui rovina,
Città divenne assai grande e possente:
Ed eranvi le piagge allor ripiene
Quasi d' uomini sì, come d' arene.

7

Utque viros primum suscepit puppis euntes,
Litore convexam pinum subduxit in altum.
Carbasa panduntur ventis; laxantur habenae;
Illa sedet puppi, navemque gubernat in undis.
Nunc vero tantis increscit fluctibus amnis,
Ut quascumque rates deferre per alta fluenta
Posset, eo magis exiguam, tenuemque carinam,
Quilibet amnis inops lymphis quam ferre valeret.

8

Implent vela noti; ruit amne carina; putares
Aera per vacuum ferri, et cava litora ponti
Quaerere. Spumescit torrens albentibus undis
Æreque contortas audis dare murmura retro.
Devenere locos, ubi volvitur amnis in aequor,
Et devolventes undas componit arena.
Unda subit pelagum, nigraque voragine ponti
Demum absorpta manet, se seque in gurgite perdit.

9

Ut primum subiit jactatas aequoris undas
Prodigiosa ratis fugiunt ex aethere nubes,
Stridentesque noti minitantes turbine coelum
Ilicet ex animis omnem posuere furorem.
Aura levis pelagi montes exaequat aquarum,
Vix Zephyrusque favens crispantes commovet undas.
Luce micat coelum, et claro splendore coruscat,
Axe nec ulla dies illuxit purior illa.

10

Thessalias celeri cursu praetervolat oras
Acta rates, laevamque petens tenet hespera cursu
Litora; sub Gazaeque statim devenit arenas.
Portus erat quondam Gazae, dum Gaza manebat;
Sed postquam eversae res, et labefacta ruina
Decidit illa; Recentem armis, opibusque superbam
Haec se se extulit, Hic currus, hic arma fuerunt
Niligenis: homines sonipesque coaequat arenae.

11

Volgendo il guardo a terra i naviganti,
Scorgean di tende numero infinito.
Miravan cavalier', miravan fanti
Ire, e tornar da la cittade al lito:
E da cammelli onusti, e da elefanti
L' arenoso sentier calpesto, e trito:
Poi del porto vedean ne' fondi cavi
Sorte, e legate a l' ancore le navi,

12

Altre spiegar le vele, e ne vedieno
Altre i remi trattar veloci e snelle:
E da essi, e da' rostri il molle seno
Spumar percosso in queste parti e in quelle.
Disse la Donna allor: benchè ripieno
Il lido e 'l mar sia de le genti felle,
Non ha insieme però le schiere tutte
Il potente Tiranno ancor ridutte.

13

Sol dal regno d' Egitto, e dal contorno
Raccolte ha queste, or le lontane attende;
Che verso l' Oriente, e 'l Mezzogiorno
Il vasto imperio suo molto si stende.
Sì che sper' io, che prima assai ritorno
Fatto avrem noi, che mova egli le tende:
Egli, o quel, che in sua vece esser soprano
De l' esercito suo de' capitano.

14

Mentre ciò dice, come aquila suole
Tra gli altri augelli trapassar secura,
E sorvolando in tanto appresso il Sole,
Che nulla vista più la raffigura
Così la nave sua sembra che vole
Tra legno, e legno: e non ha tema, o cura,
Che vi sia, chi l' arresti, o chi la segua;
E da lor s' allontana, e si dilegua.

11

Lumina torquentes e puppi ad litoris oras
Innumera in medio tentoria fixa legebant;
Cernebant oculis equites, peditesque frequenter
Ire, redire vias curvo de litore ad urbem;
Cernebant oculis Elephantes, atque camelos
Pondera portantes conspergere pulvere coelum,
Totque tenere rates tuti cava litora portus,
Ut mare conversum siquidem in nemora alta putares.

12

Vela ferunt alias, aliaeque feruntur in undas
Remigio ex illis, et ponti caerula verrunt.
Rostra per aequoreas undas, remique fatigant
Æquor arenosum, spumisque exaestuat albis.
His super orsa loqui mulier: licet illa videtis
Litora barbaricis ferve e cohortibus, omnes
Attamen imperii nondum collegit ab oris
Undique Rex acies terraque marique potentes

13

Fertilis Ægyptus tantum, et loca proxima Nilo
Tot misere cohortes, expectatque remotas;
Nam procul ad terras fines extendit Eoas
Imperium, et terras, quas torridus axis adurit,
Sed reor ante futurum ut nos redeamus ab oris
Et reducem ignoto revocemus ab orbe Rinaldum,
Quam moveat terraque, mariique hinc castra tyrannus;
Seu qui sustinet officiumque, vicesque tyranni,

14

Haec dicens veluti volucris Saturnia pennis
Tuta solet reliquas per aves transcendere coelum,
Ac suprema petens propius tam accedere Phoebo,
Amplius et nequeant oculi discernere molem;
Hostiles inter puppes sic advolat alis
Ventorum sua cymba pavens nil, omnia spernens:
Nulla Carina suos cursus aequare valebit,
Hinc emensa fugit maria, et vanescit in altum.

15

E 'n un momento incontra Raffia arriva,
Città, la qual in Siria appar primiera
A chi d' Egitto move: indi a la riva
Sterilissima vien di Rinocera.
Non lunge un monte poi le si scopriva,
Che sporge sovra 'l mar la chioma altera,
E i piè si lava ne l' instabil' onde,
E l' ossa di Pompeo nel grembo asconde.

16

Poi Damiata scopre, e come porte
Al mar tributo di celesti umori
Per sette il Nilo sue famose porte,
E per cento altre ancór foci minori.
E naviga oltra la città dal forte,
Greco fondata a i Greci abitatori:
Ed oltra Faro, isola già, che lunge
Giacque dal lido, al lido or si congiunge.

17

Rodi e Creta lontan, inverso 'l Polo
Si lascia, e costeggiando Africa viene,
Su 'l mar culta e ferace, a dentro solo
Fertil di mostri e d' infeconde arene.
La Marmarica rade: e rade il suolo,
Dove cinque cittadi ebbe Cirene:
Qui Tolomita: e poi con l' onde chete
Sorger si mira il fabuloso Lete.

18

La maggior Sirte a' navigonti infesta,
Trattasi in alto, inver le piaggie lassa.
E 'l capo di Gudeca indietro resta:
E la foce di Magra indi trapassa.
Tripoli appar su 'l lido, e 'n contra a questa
Giace Malta fra l' onde occulta e lassa.
E poi riman con l' altre Sirti a tergo
Alzarbe, già de' Lotofagi albergo.

15

Ocyus et dicto Raphim prospexit ab undis,
Quae posita ad fines Syriae venientibus oris
Ægypti apparet prima, et supereminet omnes;
Hinc Rinocerae steriles perlegit arenas.
Non procul apparet Casius mons fronte superba
Astra minans, pelagoque incumbit pondere vasto.
Ille pedes ponti in spumosis abluit undis,
Ossaque Pompei in gremio tumulata recondit.

16

Pelusium ecce procul, cui Nilus proximus haeret,
Qui liquidos latices septena per ostia volvit
In pelagum late, centumque minoribus oris
Exonerans undas ditat Neptunia Regna.
Æquor arans urbem, Danais quam condidit, et quam
Victor Alexander proprio de nomine dixit, (dam
Transilit; atque exinde Pharos, quae erat insula quon-(
Sed sua litoribus nunc foedere litora jungit.

17

Ad Boream procul haud visas post terga relinquit
Æquore tellures cinctas Cretaeque, Rhodique;
Et proram cultasque, ferasque retorquet ad oras
Afrae intus foetae tantum monstris, et arenis;
Marmaricamque secat, spatiumque ubi quinque per (
Cyrenes celebrata per orbem floruit olim. (urbes
Occurrit Tolomita; dein fictitius amnis
Lethes, qui placidis tacitus delabitur undis.

18

Infestum nautis, altum inde petente carina,
Majorem syrtim ad laevam prope litora linquit;
Judecaeque caput cursu post terga remisit;
Egrediensque loco praetervolat ostia Magrae.
Est in conspectu Tripolis de litore surgens,
Adversamque tenet Meliten vix vertice ab undis
Se se tollentem: remanent post terga volantis
Alzerbe pariterque manent, Syrtesque voraces.

19

In curvo lido poi Tunisi vede,
C' ha d' ambo i lati del suo golfo un monte:
Tunisi ricca, ed onorata sede,
A par di quante n' ha Libia più conte.
A lui di costa la Sicilia siede,
Ed il gran Lilibeo gl' innalza a fronte.
Or quinci addita la Donzella a i due
Guerrieri il loco, ove Cartagin fue.

20

Giace l' alta Cartago: appena i segni
De l' alte sue ruine il lido serba.
Muojono le Città, muojono i Regni:
Copre i fasti, e le pompe arena, ed erba:
E l' uom d' esser mortal par che si sdegni.
O nostra mente cupida e superba!
Giungon quinci a Biserta, e più lontano
Han l' isola de Sardi a l' altra mano.

21

Trascorser poi le piagge, ove i Numidi
Menar' già vita pastorale erranti.
Trovar' Bugia ed Algieri, infami nidi
Di corsari: ed Oran trovar' più avanti.
E costeggiar' di Tingitana i lidi,
Nutrice di leoni e d' elefanti:
Ch' or di Marocco è il Regno, e quel di Fessa.
E varcar' la Granata incontro ad essa.

22

Son già là, dove il mar fra terra inonda
Per via ch' esser d' Alcide opra si finse.
E forse è ver, ch' una continua sponda
Fosse, ch' alta ruina in due distinse.
Passovvi a forza l' Oceano e l' onda
Abila quinci, e quindi Calpe spinse,
Spagna e Libia partio con foce angusta:
Tanto mutar può lunga età vetusta.

19

Inde videt Tunisim curvo sub litore stantem,
Quam gemini montes utraque ex parte tuentur;
Urbs armis, opibusque potens super oppida centum,
Quae magis in Lybia florent celebrata per orbem.
Fertilis ex undis adversa Trinacria surgit,
Extollitque suum contra Lilybeon ad Arctos.
Tum alma puella viris, steterint ubi moenia quondam,
Non procul ostendit litus Carthaginis altae.

20

Hic Carthago stetit totum celebrata per orbem,
Praecipitis modo litus habet vix signa ruinae.
Oppida labuntur, pereunt quoque regna superba,
Obruit et pompas, et fastus pulvis et herba.
Mortales animos quid vana superbia rerum
Extollis? Cur dedignantur adire sepulchrum?
Bisertam superant, de longe cernitur unde
Insula Sardoniis adversum habitata colonis.

21

Inde plagas Numidas, et inospita regna ferarum,
Rustica gens ubi lustra vagans per devia vitam
Duxit agens olim incultam, superâre repente.
Saldas, Caesareamque Jolem malesana piratis
Confugia ad laevam videre; deinde leones,
Atque Elephantes arva ferae gignentia Bredae,
Arva, quibus late dant Regna Marochia leges,
Illiberinque tenent adversam in litore Ibero.

22

Devenere locos, ubi terras inter inundat
Æquor, et Alcidem fingunt rupisse cavernas.
Forsitan arva simul quondam indivisa fuere;
Dissiluere tamen magna convulsa ruina;
Oceanusque ruit, calpemque, Abilamque secavit.
Hinc, atque hinc maris unda suis interflua terris:
Fauce brevi Hesperiam Lybicis divisit ab oris.
Tempus edax adeo potis est variare vetusta.

23

Quattro volte era apparso il Sol ne l' Orto,
Da che la nave si spiccò dal lito:
Nè mai (ch' uopo non fu) s' accolse in porto,
E tanto del cammino ha già fornito.
Or' entra ne lo stretto, e passa il corto
Varco, e s' ingolfa in pelago infinito.
Se 'l mar qui è tanto, ove il terreno il serra,
Che fia colà, dov' egli ha in sen la terra?

24

Più non si vede omai tra gli alti flutti
La fertil Gade, e l' altre due vicine.
Fuggite son le terre, e i lidi tutti:
De l' onda il Ciel, del Ciel l' onda è confine.
Diceva Ubaldo all' or: Tu, che condutti
N' hai, Donna, in questo mar, che non ha fine,
Di, s' altri mai qui giunse; e se più avante
Nel mondo, ove corriamo, have abitante.

25

Risponde; Ercole, poi ch' uccisi i mostri
Ebbe di Libia e del paese Ispano;
E tutti scorsi e vinti i lidi vostri,
Non osò di tentar l' alto Oceano,
Segnò le mete, e'n troppo brevi chiostri
L' ardir ristrinse de l' ingegno umano.
Ma quei segni sprezzò, ch' egli prescrisse,
Di veder vago, e di saper Ulisse.

26

Ei passò le Colonne, e per l' aperto
Mare spiegò de' remi il volo audace;
Ma non giovogli esser ne l' onde esperto,
Perchè inghiottillo l' oceàn vorace;
E giacque co 'l suo corpo anco coperto
Il suo gran caso, ch' or tra voi si tace.
S' altri vi fu da' venti a forza spinto,
O non tornonne, o vi rimase estinto.

23

Phoebus ab Eoo quater orbis lumine terras
Sparserat, ex quo cymba suis discesserat oris,
Et tantas emensa vias, tot litora passim
Haud umquam portus adiit, nec adire necessum.
Nunc subit angustas fauces, terrasque relinquit
Post tergum, pelagumque petit sine litore vastum.
Æquora si tantum hic increscunt aggere stricta,
Quid fiet terras ubi pontus continet orbis?

24

Jamque maris fluctus mox puppe petentibus altos
Alma latet Gades, latitant urbesque propinqqae:
Litora vanescunt, nihil est nisi pontus, et aer.
Terminat unda polum; coelum quoque terminat undas.
Tunc Ubaldus ait: precor, o precor alma magistra,
Quae nos absque oris haec tot per caerula ducis,
An quis adhuc huc venerit ante, edissere nobis,
Et num ignotas, quas petimus, colat incola terras?

25

Illa haec: Alcides postquam ferro, et face perculit hydram,
Monstraque telluris Lybiae, et regionis Iberae,
Postquam urbes late vestras, atque arva subegit,
Oceanum non est ille ausus adire profundum,
Sed posuit metas, nimiumque in carcere clausit
Angusto mentes hominum, et mortalia coepta;
Sed positas metas illas despexit Ulisses
Jam cupidus causas omnes cognoscere rerum.

26

Ille per immensum voluit dare carbasa ventis
Æquor, et excelsas voluit praecurrere metas,
Sed dominisse prius fluctus nil profuit illi,
Unda vorax illum nam texit gurgite vasto.
Fata latent ejus, velut olim corpus in undis,
Et casum narrare pudet famam aere canoro.
Quod si forte alios tempestas impulit illuc,
Occubuere ibi, nec visum rediere penates.

27

Sicchè ignoto è 'l gran mar, che solchi: ignote
Isole mille, e mille Regni asconde:
Nè già d' abitator' le terre han vote;
Ma son come le vostre anco feconde.
Son' esse atte al produr: nè steril puote
Esser quella virtù, che 'l Sol v' infonde:
Ripiglia Ubaldo all' or: Del mondo occulto
Dimmi; quai son le leggi, e quale il culto.

28

Gli soggiunge colei: Diverse bande
Diversi han riti, ed abiti, e favelle.
Altri adora le belve; altri la grande
Comune madre; il Sole altri e le Stelle:
V' è chi d' abbominevoli vivande
Le mense ingombra scellerate, e felle.
E 'n somma ogn' un, che 'n qua da Calpe siede,
Barbaro è di costumi, empio di fede.

29

Dunque, a lei replicava il Cavaliero,
Quel Dio, che scese a illuminar le carte,
Vuole ogni raggio ricoprir del vero
A questa, che del mondo è sì gran parte!
No, rispo e ella, anzi la fe di Piero
Fiavi introdotta, ed ogni civil arte.
Ne già sempre sarà, che la via lunga
Questi da' vostri popoli disgiunga.

30

Tempo verrà, che fian d' Ercole i segni
Favola vile a i naviganti industri;
E i mar' riposti, or senza nome, e i Regni
Ignoti ancor tra voi saranno illustri.
Fia, che 'l più ardito all' or di tutti i legni,
Quanto circonda il mar, circondi e lustri;
E la terra misuri, immensa mole,
Vittorioso ed emulo del Sole.

27

Ergo ignota manent ; quae perlegis , aequora late ,
Ignotasque tegunt terras , ignotaque regna ;
Arva per aequales vobis habitata colonos
Sunt Cereris , Bacchique feracia gramine pingui.
Campi herbas gignunt,neque non foecunda per aevum
Esse potest virtus , quam sol demittit ab alto,
Tum contra Ubaldus rursum sic voce requirit :
An leges habeat , cultumne incognitus orbis ?

28

Illa haec : Diversos ritus , variasque loquelas ,
Diversosque habitus referunt diversaque regna.
Thure colunt alii pecora; antiquamque parentem
Nonnulli venerantur ; solem , et sidera multi.
Pars onerant mensas epulis , dapibusque nefandis,
Immitesque patres natorum viscera torrent.
Denique trans calpem terras quicumque frequentat,
Impius ille Deum nescit , moresque recusat.

29

Qua ratione potest fieri tamen (ille vicissim)
Ut veneranda Dei proles delapsa per auras ,
Quae lucem daret in mortis degentibus umbra ,
Tantam orbis partem in tenebris,umbrisque relinquat?
Falleris , illa inquit , verum mysteria legis
Foederis alta novi , moresque , artesque magistrae
Excipientur ibi cupide , sedemque locabunt ,
Tum gentes omnes sibi jungent foedere dextras.

30

Sic placitum. Veniet lustris labentibus aetas ,
Cum doctis Alcidis erunt quasi fabula nautis
Signa ; remotaque nunc sine nomine caerula ponti,
Regnaque jam vobis incognita nomen ad astra
Tollent. Ante alias primum *Victoria* pinu
Omnia lustrabit maria , et circumdabit orbem.
Illa vias imitata poli , quas monstrat Apollo ,
Immensam terrae molem definiet alis.

31

Un uom de la Liguria avrà ardimento
A l' incognito corso espersi in prima;
Nè 'l minaccievol fremito del vento,
Nè l' inospito mar, nè il dubbio clima,
Nè s' altro di periglio, o di spavento
Più grave e formidabile or si stima,
Faran ch' il generoso entro a i divieti
D' Abila angusti l' alta mente acqueti.

32

Tu spiegherai, Colombo, a un novo polo
Lontane sì le fortunate antenne,
Ch' a pena seguirà con gli occhi il volo
La fama, c' ha mille occhi, e mille penne.
Canti ella Alcide e Bacco, e di te solo
Basti a' posteri tuoi, ch' alquanto accenne:
Che quel poco darà lunga memoria
Di poema degnissima e d' istoria.

33

Così dice ella; e per l' ondose strade
Corre al Ponente, e piega al mezzo giorno:
E vede, come incontra il Sol giù cade,
E come a tergo lor rinasce il giorno.
E quando appunto i raggi e le rugiade
Le bella aurora seminava intorno,
Lor s' offrì di lontano oscuro un monte,
Che tra le nubi nascondea la fronte:

34

E 'l vedean poscia procedendo avante,
Quando ogni nuvol già n' era rimosso,
A l' acute piramidi sembiante
Sottile in ver la cima, c 'n mezzo grosso:
E mostrarsi tal' or così fumante,
Come quel, che d' Encelado è su 'l dosso;
Che per propria natura il giorno fuma,
E poi la notte il ciel di fiamme alluma.

31

Ante omnes primus Liguro de sanguine cretus
Vir caput ancipiti cursu objectate periclis
Audebit; ventorum nec fera murmura pectus,
Nec dubium coelum, nec inospita caerula ponti,
Nec quaecumque animos complent formidine firmos,
Seu mortis, discrimina, seu terroris in orbe,
Indomitum frangent, quin spretis finibus arctis
Imperiosae Abylae det per freta carbasa ventis.

32

Expandes, Columbe, tuos nova ad astra volatus,
Diversusque orbis stupidus tua carbasa cernet.
Fama tuos celeres oculis defessa volatus
Fulta licet pennis vix pone subire valebit.
Herculis, et Bacchi simulatas aere canoro
Illa canat laudes; Tibi sat transmittat in aevum
Nomen, et illustres resonanti carmine vates
Fortia gesta canent tragicis celebranda cothurnis.

33

Dum illa vias ponti tali sermone levabat,
Puppis ad occasum currit, flectitque sub axem.
Aspicit ut sol adversus se condat in undis,
Utque dies rediens post terga resurgat ab ortu.
Ast ubi primum aurora suos diffudit Eoo
Humentes radios, et sparsit lumine terras,
Ecce procul mons ante oculos se se obtulit inter
Nubila opaca tegens excelsa cacumina clivi.

34

Clarius apparent dein procedentibus ultra
Nubibus excussis summi fastigia montis
Pyramidem summo tono referentis acutam.
Imaque sensim moles decrescebat in altum.
Saepe solet vertex dare fumum rupis ad instar
Ætnae, cum ruptis in campos illa caminis
Grassatur, vomere atrum sole manente videres
Fumum, sed coelum perfundere nocte favillas.

35

Ecco altre Isole insieme, altre pendici
Scopriano al fin men erte, ed elevate:
Ed eran queste l'Isole felici,
Così le nominò la prisca etate,
A cui tanto stimava i Cieli amici,
Che credea volontarie e non arate
Qui partorir le terre, e 'n più graditi
Frutti non culte germogliar le viti.

36

Qui non fallaci mai fiorir gli olivi,
E 'l mel dicea stillar da l'elci cave:
E scender giù da lor montagne i rivi
Con acque dolci, e mormorio soave:
E zefiri e rugiade i raggi estivi
Temprarvi sì, che nullo ardor v'è grave.
E qui gli Elisi campi, e le famose
Stanze de le beate anime pose.

37

A questi or vien la Donna, ed omai sete
Dal fin del corso, lor dicea, non lunge.
L'Isole di Fortuna ora vedete,
Di cui gran fama a voi, ma incerta giunge.
Ben sono elle feconde e vaghe, e liete,
Ma pur molto di falso al ver s'aggiunge.
Così parlando assai presso si fece
A quella, che la prima è de le diece.

38

Carlo incomincia all'or: Se ciò concede,
Donna, quell'alta impresa ove ci guidi;
Lasciami omai por nella terra il piede,
E veder questi inconosciuti lidi.
Veder le genti, e 'l culto di lor fede,
E tutto quello, ond'uom saggio m'invidi;
Quando mi gioverà narrare altrui
Le novità vedute, e dire: io fui.

35

Occurrunt passim tellures aequore cinctae
Tollentes minus excelsum caput, et satus illis
Pontus erat, quas Felices cognomine dixit
Prisca aetas, quibus olim ita Numina amica fuisse
Dixit, ut ullius arva ligonis egere negaret,
Edere sed fructus plenos sine vomere terras,
Et nullo messore satas flavescere aristas;
Falce nec incisas vites producere vina.

36

Florentes oleae hic numquam elusere colonos,
Et durae quercus desudant roscida mella;
Lenta ruunt hic per declivia saxa fluenta,
Neptunoque ferunt perdulci murmure lymphas;
Hic Zephyri ludunt, placidique rigentibus auris
Demulcent calidos aestivi temporis ignes;
Hic quondam Elysias valles, sedesque beatas
Esse viris pietate bonis finxere poetae.

37

Haec memorantibus exultans tum foemina ductrix,
Ecce, viri, dixit, cursus jam meta propinquat:
Imposuit fortuna suum, quae cernitis, arvis
Nomen, de quibus ad nos garrula fama reportat
Tot, tantasque vagas res; plenae equidem ubere glebae,
Et laetissima tellus; sed mendacia multa
Adduntur veris; propiusque haec inter ad illam
Ære ratem submovit, quae dominatur in undis.

38

Tum Carolus: Nisi coeptis, casta puella, vetamur,
Quae sumus aggressi, precor, heu precor, accipe vota!
Hisce sinas nos expositos succedere terris,
Atque aliis incognita cernere litora ponti
Hujus; noscere gentes, et cognoscere cultum;
Quaeque solent doctis rerum livoris origo
Esse, ubi forsan et haec nova nos meminisse juvabit,
Et memorando dicere: nos perspeximus ista.

39

Gli rispose colei : ben degna invero
La domanda è di te : ma che poss' io,
S' egli osta inviolabile e severo
Il decreto de' Cieli al bel desio?
Ch' ancor volto non è lo spazio intero,
Ch' al grande scoprimento ha fisso Dio;
Nè lice a voi da l' Ocean profondo
Recar vera notizia al vostro mondo.

40

A voi per grazia, e sovra l' arte, e l' uso
De' naviganti, ir per quest' acque è dato;
E scender là, dove è il Guerrier rinchiuso,
E ridurlo del mondo a l' altro lato.
Tanto vi basti; e l' aspirar più suso
Superbir fora, e calcitrar col fato.
Qui tacque: e già parea più bassa farsi
L' Isola prima, e la seconda alzarsi.

41

Ella mostrando già, che a l' Oriente
Tutte con ordin lungo eran dirette;
E che largo è fra lor quasi egualmente
Quello spazio di mar che si frammette:
Ponsi veder d' abitatrice gente
Case e culture, ed altri segni in sette:
Tre deserte ne sono. e v' han le belve
Sicurissima tana in monti e in selve.

42

Luogo è in una de l' erme assai riposto,
Ove si curva il lido, e in fuori stende
Due lunghe corna, e fra lor tiene uscosto
Un' ampio seno, e porto un scoglio rende,
Ch' a lui la fronte, e 'l tergo a l' onda ha opposto,
Che vien da l' alto, e la respinge, e fende.
S' innalzan quinci e quindi, e torreggianti
Fan due gran rupi segno a' naviganti.

39

His super illa, quidem sunt digna canenda camaenis
Vota tua, ast votis animi insuperabile fatum,
Atque aeterna Dei summi decreta repugnant;
Ergo nequamquam fatis obsistere possum;
Nam statuta polo nondum pervenit amica
Ætas, qua sibi se jungent in foedere pacis
Ignoti orbes. Nec modo fas cuicumque referre
Vera ex oceano distanti ad litora vestra.

40

Sorte datum vobis artem transcendere, et usum
Lege negatum aliis, pelagique has ire per undas,
Et pedibus calcare locos, ubi Martius heros
Interclusus adest, illumque referre per altum.
Id vobis satis, et vesana superbia mentis
Esset majora appetere, atque obsistere fatis.
Haec ubi dicta silet, super his depressa videtur
Sub coelo ex denis prima, et sublata secunda.

41

Progrediensque viam hostipibus monstrabat, ut omnes
Insulae erant positae longo ordine solis ad ortum,
Utque maris spatium, quod eas interfluit inter,
Non erat impar, sed pariter quasi dispositum arte.
In septem procul apparent hominesque, pecusque,
Et nemora, et raris habitata mapalia tectis;
Tres penitus deserta extant, penitusque ferarum
Lustra, suisque per antra domus tutissima monstris.

42

Ex quibus una tenet longum sub litore curvo
Secessum, atque utrumque latus protendit in aequor
Longius, atque sinum inter brachia continet amplum,
Quem tutum assurgens media efficit insula portum.
Frangitur ad latera adveniens mox omnis ab alto,
Inque sinus jam scissa silet placide unda reductos,
Hinc atque hinc vastae rupes; geminique minantur
In coelum scopuli, nautis portumque revelant.

43

Taciono sotto i mar sicuri in pace:
Sovra ha di negre selve opaca scena:
E 'n mezzo d' esse una spelonca giace,
D' edere e d' ombre e di dolci acque amena:
Fune non lega qui, nè co 'l tenace
Morso le stanche navi ancora frena.
La donna in sì solinga e queta parte
Entrava, e raccoglica le vele sparte.

44

Mirate, disse poi, quell' alta mole,
Che di quel monte in su la cima siede.
Quivi fra cibi, ed ozio e scherzi e fole
Torpe il campion de la cristiana fede.
Voi con la guida del nascente Sole
Su per quell' erto movrete il piede:
Nè vi gravi il tardar; però che fora;
Se non la matutina, infausta ogn' ora.

45

Ben col lume del dì, ch' anco riluce,
Insino al monte andar per voi potrassi.
Essi al congedo da la nobil duce
Poser nel lido desiato i passi.
E ritrovar la via, ch' a lui conduce,
Agevol sì, che i piè non ne fur lassi.
E quando v' arrivar, da l' oceano
Era il carro di Febo anco lontano.

46

Veggion, che per dirupi e fra ruine
S' uscende a la sua cima alta e superba;
E ch' è fin là di nevi e di pruine
Sparsa ogni strada: ivi ha poi fiori ed erba:
Presso al canuto mento il verde crine.
Frondeggia, e 'l ghiaccio fede ai gigli serba
Ed a le rose tenere: cotanto
Puote sovra natura arte d' incanto.

43

Æquora tata silent rupum sub vertice late,
Desuper horrentique atrum nemus imminet umbra;
Fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum;
Intus aquae dulces, vivoque sedilia saxo.
Nulla tenent fessas ventis hic vincula puppes,
Nulla rates tutas unco alligat anchora morsu.
Huc mulier devecta subit, loca tuta carinis,
Et ventis expansa legit sub carbasa litus,

44

Tum molem excelsam tollentem ad sidera frontem
Illa viris monstrat sublimi in culmine montis
Sordet ibi, inquit, blanditiis puerilibus heros,
Otia foeda sequens structis convivia mensis.
Mox Phoebo radiante novo illa per ardua montis.
Carpendum vobis iter, atque excelsa petenda;
Nec mora sit tristis, nam quaelibet hora diei
Vestro infausta foret, nisi matutina, labori.

45

Interea prius aequoreas quam Phoebus in undas
Se condat, procedere montis ad ima potestis.
Licet egressi, duce permitente, carina
Heroes Christi optata potiuntur arena;
Corripiuntque viam, quam semita monstrat apertam,
Incessu facilem, lapides nec membra fatigant.
Ast ubi perventum, occiduis distabat ab undis
Solis adhuc currus, terras radiisque replebat.

46

Per vada perlustrant, praeruptaque saxa petendum
Montis inaccessi ad sublimia culmina late:
Esse vident calles nive plenas, atque pruinis
Culmen ad usque jugi, floresque virescere sursum.
Frondet apex; redolent flores viridantibus herbis
Desuper, et subtus brumalis barba senescit,
Purpureaeque rosae junguntur foedere brumis.
Usque adeo naturae praevalet ars Acheronti s.

47

I duo guerrieri in loco erma e selvaggio,
Chiuso d'ombre, fermarsi a piè del monte,
E come il ciel rigò co'l novo raggio
Il Sol, de l'aurea luce eterno fonte;
Su, su, gridaro entrambi; e 'l lor viaggio
Ricominciar' con voglie ardite, e pronte.
Ma esce non so donde, e s' attraversa
Fiera serpendo orribile e diversa.

48

Innalza d'oro squallido squamose
Le creste e 'l capo, e gonfia il collo d'ira?
Arde ne gli occhi: e le vie tutte ascose
Tien sotto il ventre; e tosco e fumo spira.
Or rientra in se stessa, or le nodose
Rote distende, e se dopo se tira.
Tal s' appresenta a la solita guarda;
Nè però de' guerrieri i passi tarda.

49

Già Carlo il ferro stringe, e 'l serpe assale:
Ma l'altro grida a lui: Che fai, che tente;
Per isforzo di man, con arme tale
Vincer avvisi il difensor serpente?
Egli scote la verga aurea immortale,
Sì che la belva il sibilar ne sente;
E impaurita al suon fuggendo ratta,
Lascia quel varco libero, e s' appiatta.

50

Più suso alquanto il passo a lor contende
Fero Leon, che rugge, e torvo guata;
E i velli arrizza, e le caverne orrende
De la bocca vorace apre e dilata:
Si sferza con la coda, e l' ire accende.
Ma non è pria la verga a lui mostrata,
Ch'un secreto spavento al cor gli agghiaccia
Ogni nativo ardire; e 'n fuga il caccia.

47

Et jam decedente die mansere sub imis
Marte viri fortes montis, clausique latebris.
Utque polum radiis primum signavit Apollo,
Et noctis tenebras terris aurora fugavit,
Eja simul gemini, procul hinc, procul ite timores;
Licet et gressi capiunt nimis aspera clivi;
Cum ecce repente ingens latebris elabitur anguis
Orbibus occludens aditus, et terret euntes.

48

Squamosas, croceasque jubas extollit in altum
Insurgens capiti, et turgentia colla veneno
Alta gerens; oculi igne rubent; aditusque sub alas
Occludit late, corpus tumet omne veneno.
Nunc se se in sua membra plicat, nunc terga volutans
Nexibus orbes in sinuosa volumina pandit.
Talibus horrificis sibi tradita castra tuetur
Anguis imaginibus, verum non tardat euntes.

49

Insurgens Carolus strito petit ense dragonem,
Quid struis? alter ait, vano molimine tentas
Vincere custodem montis, saevumque colubrum.
Nescis, chea nescis quibus armis vincitur hostis?
Hac dicens quatit auratum, magicumque flagellum,
Sibilat aura icta, et sonitu conterritus anguis
Effugit, et fugiens aditusque, viasque relinquit
Immunes, celerique fuga se condit in umbris.

50

Altius occurrit gressusque, viasque retardans
Mole leo, ore fremens, oculisque minantibus acer.
Erigit ille jubas, atque infremit ore cruento;
Explicat horrendas fauces, tristesque cavernas,
Et cauda se se contundens excitat iras.
Sed vix pulsa manu ante oculos sonat aere virga.
Cum subita gelidus riguit formidine sanguis.
Ira cadit, praecepsque fugam celeravit in antra.

51

Segue la coppia il suo cammin veloce;
Ma formidabile oste han già davante
Di guerrieri animai, varj di voce,
Varj di moto e varj di sembiante.
Ciò che di mostruoso e di feroce
Erra fra 'l Nilo, e i termini d' Atlante,
Par qui tutto raccolto, e quante belve
L' Ercinia ha in sen, quante l' Ircane selve,

52

Ma pur sì fero esercito e sì grosso
Non vien, che lor respinga, o lor resista;
Anzi (miracol novo) in fuga è mosso
Da un picciol fischio e da una breve vista.
La coppia omai vittoriosa il dosso
De la montagna senza intoppo acquista;
Se non se inquanto il gelido e l' alpino
De le rigide vie tarda il cammino.

53

Ma poi che giù le nevi ebber varcate,
E superato il discosceso e l' erto;
Un bel tepido Ciel di dolce state
Trovaro, e 'l pian su 'l monte ampio è aperto,
Aure fresche mai sempre, ed odorate
Vi spiran con tenor stabile e certo:
Nè i fiati lor, si come altrove suole,
Sopisce o desta ivi girando il Sole.

54

Nè, come altrove ei suol, giacci e ardori,
Nubi e sereni a quelle piaggie alterna:
Ma il Ciel di candidissimi splendori
Sempre s' ammanta, e non s' infiamma, o verna:
E nutre ai prati l' erba, a l' erba i fiori,
Ai fior l' odor, l' ombra a le piante eterna.
Siede su 'l lago, e signoreggia intorno
I monti e i mari il bel palagio adorno.

51

Marte viri fortes celerant vestigia laeti,
Sed novus occurrit metuendus euntibus hostis.
Quotquot alit tellus animalia, quot fera monstra
Antra sub exesis unquam genuere cavernis,
Fontibus ex Nili late fines ad Atlantis,
Vocibus, et forma inter se diversa per ortum,
Quotque Erymanthus alit, seu dira Hyrcania sylvis,
Cuncta simul pugnant contra velut agmine facto.

52

Sed non idcirco tantarum spectra ferarum
Propulsare viros audent, seu sistere contra;
Quin potius fugiunt omnes (mirabile dictu)
Ut primum stimulante manu quatit aera virga.
Victores tandem montis tenuere sodales
Excelsos humeros, nullo prohibente viarum
Ascensus, nisi quod praeruptis aspera saxis,
Brumaque per terras cursum, plantasque retardant.

53

At postquam emensi glacies, et rupta viarum
Devenere viri ad sublima culmina montis,
Planitiem vastam bacchantem et floribus arva
Invenere illic, ridebatque aura salubris.
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores,
Et ridebat olens semper nova temporis aetas.
Quid sit hyems, ignotum ibi, vel quid torridus aestus,
Nec Phoebo variante domum variatur et aer.

54

Non illis alternant frigus, et aestus in oris;
Non radians coelum commiscet turbidus auster,
Sed nitor aeternus coelum splendore serenat;
Frigore non riget aer, non exaestuat igne:
Gramen alit pratis, herbas quoque floribus ornat,
Replet od re rosas, plantas viridantibus umbris:
Alta domus media insurgit circumdata lymphis;
Et tamquam Regina fretis dominatur, et arvis.

55

I Cavalier' per l' alta aspra salita
Sentiansi alquanto affaticati e lassi :
Onde ne gian per quella via fiorita
Lenti, or movendo, ed or fermando i passi,
Quando ecco un fonte, che a bagnar l' invita
L' asciutte labbra, alto cader da' sassi,
E da una larga vena, e con ben mille
Zampilletti spruzzar l' erbe di stille.

56

Ma tutta insieme poi tra verdi sponde
In profondo canal l' acqua s' aduna :
E sotto l' ombra di perpetue fronde
Mormorando sen va gelida e bruna :
Ma trasparente sì, che non asconde
De l' imo letto suo vaghezza alcuna :
E sovra le sue rive alta s' estolle
L' erbetta, e vi fa seggio fresco e molle.

57

Ecco il fonte del riso, ed ecco il rio,
Che mortali perigli in se contiene.
Or qui tener a fren nostro desio,
Et esser cauti molto a noi conviene.
Chiudiam l' orecchie al dolce canto e rio
Di queste del piacer false Sirene.
Così n' andar' fin dove il fiume vago
Si spande in maggior letto, e forma un lago.

58

Quivi di cibi preziosa e cara
Apprestata è una mensa in su le rive :
E scherzando sen van per l' acqua chiara
Due donzelle garrule, e lascive,
Ch' or si spruzzano il volto, or fanno a gara,
Chi prima a un segno destinato arrive :
Si tuffano talora ; e 'l capo e 'l dorso
Scoprono al fin dopo il celato corso.

55

Jamque fatigatos per iter, per inhospita saxa
Summus apex equites redolenti flore tenebat;
Unde viam lenti, quae gratum halabat odorem,
Saepe retardantes vestigia tarda secabant;
Cum niveo de silice vividus ecce repente
Dissiliens lapsu per dulci murmure saxa
Apparet fons, late irrorans gramina guttis,
Oraque sicca siti invitat perfundere lymphis.

56

Vena perennis aquae simul agglomerata sub alveo,
Labitur in praeceps viridanti margine dulci
Murmure, sed purus fons sub latitantibus umbris
Tam clarus, nitidusque fluit per opaca viarum,
Ut nil de praestanti perdant gurgitis ima,
Sed radiante nitent oculis pellucida Phoebo.
Undique margo viret foliis, et gramine molli,
Lymphaque prolabens leviter procumbit in herba.

57

Tum pariter: Fons en risus, rivusque nefandus,
Semina qui luctus, mortisque pericula condit;
Est modo fas nobis nostros compescere sensus,
Et documenta Magi modo nos meminisse juvabit.
Pectora carminibus modulatis ore Syrenum
Obdurare necessum, et voces spernere earum.
Talia narrantes venere, ubi rivus aquarum
Expatiatur in amplum vexo margine stagnum.

58

Mensa illic onerata cibis, dapibusque parata
Magnifico apparuit cultu sub margine molli.
Interea geminae ludunt in fonte puellae
Nudatae totum posito velamine corpus;
Nunc manibus sibi spargunt fluctibus ora vicissim,
Nunc positam tentant certatim attingere metam,
Corpore se toto demergunt saepe sub undas;
Et tacite emenso retegunt sua corpora cursu.

59

Móster le natatrici ignude, e belle
De' duo guerrieri alquanto i duri petti;
Sì che fermasi a riguardarle, ed elle
Seguian pure i lor giochi e i lor diletti.
Una intanto drizzossi, e le mammelle,
E tutto ciò, che più la vista alletti,
Monstrò dal seno in suso aperto al cielo,
E 'l lago a l' altre membra era un bel velo.

60

Qual mattutina stella esce de l' onde
Rugiadosa e stillante, o come fuore
Spuntò nascendo già da le feconde
Spume de l' ocean la Dea d' amore
Tal' apparve costei, tal le sue bionde
Chiome stillavan cristallino umore.
Poi girò gli occhi, e pur allor s' infinse
Que' duo vedere, e in se tutta si strinse.

61

E'l crin, che 'n cima al capo avea raccolto
In un sol nodo, immantinente sciolse:
Che lunghissimo in giù cadendo e folto,
D' un'aureo manto i molli avorj involse.
O che vago spettacolo è lor tolto!
Ma non men vago fu chi loro il tolse.
Così da l' acque, e da' capelli ascosa
A lor si tolse lieta e vergognosa.

62

Rideva insieme, e insieme ella arrossia,
Ed era nel rossor più bello il riso,
E nel riso il rossor, che le copria
Infino al mento il delicato viso.
Mosse la voce poi sì dolce e pia,
Che fora ciascun altro indi conquiso.
O fortunati peregrin, cui lice
Giungere in questa sede alma, e felice!

59

Fortia corda virum leviter commota fuere
Per geminas nantes praestanti corpore nudas;
Stantibus hinc fuit alma loco spectare voluptas,
Dum molles lusus iterarent gurgite Nymphae.
Altius interea insurgens petulantior una
Pectoris albentes mammas patefecit in auras,
Quaeque fovere solent magis igne cupidinis aestus:
Coetera membra suis vix lymphis stagna tegebant.

60

Haud aliter lacrymosa capillis surgit ab undis
Nuntia stella nitens lucis; seu non secus atque
Mersit ab Oceani alma Venus spumantibus undis,
Alma Venus per quam vivit genus omne animantum;
Ut tum conspiciendam oculis se se obtulit ista
Undique stillantem flaventes rore capillos;
Arte dein oculos torsit, finxitque pudorem,
Ut conspexit eos, et se pudibunda coegit.

61

Dissolvitque statim, summo qui vertice crines
Uno adnectebat de more ligamine, nodum.
Diffusi crines longa cervice fluentes
Candida velarunt aurato tegmine membra.
Non dolor inde viris, verum geminata voluptas
Exarsit; majori hinc pascuntur dulcedine sensus.
Sic per aquas, et per fusos contecta capillos
Obvia venit eis ridens, suffusa pudore.

62

Garrula ridebat pariter, pariterque rubebat,
Purpureoque magis tum risus in ore placebat,
Et magis in risu roseus rubor ore micabat:
Æmula labra rosis mulcebant pectora risu.
Tum edidit ore sonos tam dulci gutture Nympha,
Ut pariter Superi exarsissent igne voraci.
O fortunati, queis fata benigna dedere
Adventare huc, hasque beatas tangere sedes.

63

Questo è il porto del mondo, e qui il ristoro
De le sue noje, e quel piacer si sente,
Che già sentì ne' secoli de l'oro
L'antica e senza fren libera gente.
L'arme, che fin a qui d'uopo vi foro,
Potete omai depor securamente,
E sacrarle in quest' ombra a la quiete,
Che guerrier qui solo d'Amor sarete.

64

E dolce campo di battaglia il letto
Fiavi, e l'erbetta morbida de' prati,
Noi menerenvi anzi il regale aspetto
Di lei, che qui fa i servi suoi beati;
Che v'accorrà nel bel numero eletto
Di quei, ch'a le sue gioje ha destinati.
Ma pria la polve in queste acque deporre
Vi piaccia, e 'l cibo a quella mensa torre.

65

L'una disse così, l'altra concorde,
L'invito accompagnò d'atti e di sguardi:
Sì come al suon de le canore corde
S'accompagnano i passi or presti or tardi.
Ma i cavalieri hanno indurate e sorde
L'alme a que' vezzi perfidi, e bugiardi,
E 'l lusinghiero aspetto, e 'l parlar dolce
Di fuor s'aggira, e solo i sensi molce.

66

E se di tal dolcezza entro trasfusa
Parte penetra onde il desio germoglie,
Tosto ragion ne l'armi sue rinchiusa
Sterpa e riseca le nascenti voglie.
L'una coppia riman vinta e delusa,
L'altra sen va, nè pur congedo toglie.
Essi entrar' nel palagio; esse ne l'acque
Tuffarsi; a lor sì la repulsa spiacque.

Il Fine del Canto Decimoquinto.

63

Alma quies hic, et portus mortalibus aegris;
Abscedunt curae procul hinc, vanique timores.
Illa voluptas hic, quam tempestate beata
Olim auri gentes senserunt lege solutae.
Non opus est armis hic, omnia tuta quiescunt;
Ponite corde metum, de corpore ponite ferrum.
Hisce Deae pacis jam tela dicate sub umbris,
Numinis Idalii fas tantum hic castra subire.

64

Bella per extensos thalamos, per gramina campi
Undique cum teneris nymphis miscere juvabit.
Illius ante oculos, hic per quam cuncta beantur,
Gloria dulcis erit nobis vos sistere fortes.
Vos eritis genus electum; vos sola voluptas
Ejus, et illa simul vobis erit una voluptas;
Ante tamen sordes fas hoc in fonte lavare,
Atque epulis, dapibusque paratae accumbere mensae.

65

Tales fundebat voces de pectore Nympha,
Altera concordi gestu sua dicta fovebat,
Assolet ut sonitus chordarum passibus aequis
Pone sequi vocem modulantem carmina cantu.
Ast equites ante edocti illecebrasque, dolosque
Blanditiis durata tenent sua pectora fictis.
Fallaces formae, vel dicta sonantia pacem
Demulceant equidem sensus; haud pectora tangunt.

66

Quod si forte illapsa subit praecordia mentis
Alma voluptas, atque ardet malesana cupido,
Illico mens armis propriis induta recidit
Nascentes animo ardores, aestumque vesanum.
Victores abeunt de nymphis Marte feroces,
Nec venia ulla habita subeunt penetralia tecti.
Occupat ora pudor Nymphis, lusaeque per illos
Se in fontem mergunt fugientes lumina coeli.

Finis Libri Decimiquinti.

963692

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA